MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80666-5

AUTHOR:

HYLEN, JOHAN EMIL

TITLE:

DE TANTALO

PLACE:

UPSALIAE

DATE:

1896

Master Negative #

92-80666-5

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Hylén, Johan Emil,

De Tantalo; commentatio academica quam scripsit ... Johan Emil Hylén... Upsaliae, typis descripserunt Almqvist & Wiksell, 1896.

129 p. 22½ cm.

Thesis, Upsala, 1897.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 8-8-92 INITIALS G.G.

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE TANTALO

COMMENTATIO ACADEMICA

QUAM SCRIPSIT ET

PERMISSU AMPLISSIMI ORDINIS PHILOSOPHORUM

UPSALIENSIUM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

IN PUBLICO DEFENDET

JOHAN EMIL HYLÉN

LIC. PHIL. NAT. OSTROG.

IN AUDITORIO IV PRIDIE IDUS MART.

H. A. M. S.

UPSALIÆ

TYPIS DESCRIPSERUNT ALMQVIST & WIKSELL SOC.

MDCCCXCVI

Quoniam ea, quæ ad fabulam quam de Tantalo narrant illustrandam sunt dicta, in libris, qui in artium studiis versantur, atque in commentariis, quæ ad scriptores antiquitatis explicandos adscripta sunt, dispersa et dissipata iacent eaque semper aut quasi in transitu aut unius alicuius loci huius fabulæ causa tractata sæpissime sententias perversas, nonnumquam etiam vanas coniecturas, id quod progrediente commentatione ita esse ostendam, continere inveni, mihi quidem, a nullo alio universæ huic fabulæ data opera, alienum non visum est diligentius in eam inquirere. Fontium vero antiquorum, e quibus ad rem propositam assequendam hauriendum est, nummi nihil, inscriptiones minimum, signa atque picturæ paulum, scriptores contra plurimum lucis attulerunt.

Quos fontes quum de Tantalo nulla fere parte in idem concinere videamus, in hoc opere ita versari mihi in animo est, ut, postquam ad unamquamque partem testimonia antiquæ ætatis protulerim, totius disputationis quasi summam subducere coner.

Sed priusquam ad rem propositam transeo, ab hoc Tantalo mihi distinguendi sunt alii, quibus est idem nomen[1], quo tamen, ut iudicare possumus ex antiquæ artis monumentis, quæ quidem ad hanc ætatem salva quodammodo pervenerunt, antiqui homines haud sæpe utebantur.

[1] Ardeam avem multos Tantalum nominasse testatur *Isidorus*, Etymol. 12: 7, p. 91, si quidem vera lectio est.

Nam excepto illo Tantalo in fabulis de duobus[1] tantum hominibus iisque ex eodem, ut ita dicam, cyclo fabularum sumptis, quippe qui nomine auctoris gentis suæ nominati sint, narratur. Hi enim sunt filii et nepotis et filiæ Tantali. Ille, filius Thyestæ[2], qui in actu tertio fabulæ Senecæ, quæ Thyestes inscribitur, mutam personam agit, a patruo suo, Atreo, qui eum epulandum genitori ipsi apponit, si unam fabulam sequimur[3], sin autem alteram[4], a patrueli Agamemnone, qui postea uxorem eius Clytæmestram in matrimonium ducit, occiditur[5]. Hic vero, Amphionis e Niobe natus filius, propter matris superbiam telis Apollinis transfigitur[6].

Atque etiam temporibus, ad quæ pertinet hominum memoria, nobis hoc nomen haud sæpe occurrit. Nam præterquam quod duo duces, alter Lacedæmoniorum, alter Hispanorum — utrique præterea nomen calamitati fuit — quorum ille, filius Patroclis, vulneratus atque captus ab Atheniensibus anno 424 a. Chr. n. in vincula coniectus est[7], hic autem anno 140 a. Chr. n., quum milites adversus Romanos duxisset, ad extremum se suosque imperatori Romanorum tradidit[8], hoc nomine appellati traduntur, quattuor

[1] Nioben Tantalo cuidam nupsisse narrat *schol.* Ven. B ad Il. 24: 602 (cfr. p. 18), sed Tantalum cum Amphione propter propinquitatem confusum esse credit *Burmeister,* De fabula, quæ de Niobe agit, Vism. 1836, p. 19. Vide p. 110. Cfr tamen *Starkium,* Niobe und die Niobiden, Lpz. 1863, p. 421.

[2] Hunc Tantalum filium esse aut Thyestæ aut Broteæ a *Pausania* 2, 22, 3 traditum est.

[3] Sen. Thyest. 718; Hygin. Fab. 88, 244, 246.

[4] Eurip. Iph. Aul. 1149; Pausan. 2: 18, 2; 2: 22, 3; Eustath. 1693: 11.

[5] Hunc Tantalum non modo antiquissimum sed ne a nobilissimo quidem Tantalo, Niobæ patre, diversum putat *Max. Mayer,* De Euripidis mythopoeia, diss. inauguralis, Berol. 1883, p. 31. Cfr tamen p. 94.

[6] Ovidius, Met. 6: 239; Hygin. Fab. 11; Apollodorus, Bibl. 3: 5, 6; Lact. Plac., Argum. Met. 6: 3; Mythogr. Vat. 1: 156; Lactantius ad Stat. Theb. 3: 193; Tzetzes, Chil. 4: 421. Cfr *Starkium,* Niobe p. 96.

[7] Thucyd. 4: 57, 3; Diodor. Sic. 12: 65, 9.

[8] Appian. Rom. Hist. 6: 75.

tantum viri ita, quantum equidem invenire potui[1], nominantur, quorum unus prioribus a. Chr. n. sæculis Lacedæmone vixit pater certaminum cuiusdam victoris[2], alter anno 43 p. Chr. n. topiarius fuit[3], tertius et quartus Hadriani temporibus Sauatrienses, pater filiusque[4]. Neque mirum sane est, quod pauci filium a heroe tantis calamitatibus obruto nomen ducere voluerunt.

Ut vero ad Tantalum, quem tractare nobis in animo est, transeamus, fabulæ de eo narratæ, ut paulo ante dictum est, habent id proprium, quod, quacumque fere ex parte in eas inquiras, inter se contraria narrant. Nam ne patria quidem nec gens familiaque semper eædem traduntur.

Quod primum ad *patriam regnumque* Tantali pertinet, quamquam auctores longe plurimi Lydiam ferunt, quam cum Phrygia sæpe confundunt[5], tamen etiam Lesbus, Paphlagonia, Thracia, Aegyptus, Argolis nonnumquam nominantur.

Tantalus ergo in *Lydia* potestate magna maximisque

[1] Contra a *Papio-Benselero,* Wb. der griech. Eigennam.[3] p. 1486, longe discrepo, quum apud Platon. Protag. 315 c (v. p. 110), qui locus sine dubio versui Odysseæ 11: 582 alludit, Tantalum ut Atheniensem accipit et apud Diogen. Laert. Vit. Phil. 2: 3, 4 philosophum, apud Lucian. Dial. Mort. 17 alium nescio quem hominem esse credit. Spectant autem hi loci omnes ad nostrum Tantalum.

[2] C. I. G. 1419.

[3] C. I. L. Vol. 10, n. 6638 c.

[4] C. I. G. 4034.

[5] Strabo 12: 571: Οὕτω δ' ἐνήλλακται ταῦτα ἐν ἀλλήλοις, ὥστε καὶ τὴν περὶ Σίπυλον χώραν Φρυγίαν οἱ παλαιοὶ καλοῦσιν . . ., ἢ καὶ τὸν Τάνταλον Φρύγα. Cuius rei inscius *Athenæus,* Dipnosoph. 14: 625 e, putat eum et Lydiæ et Phrygiæ regem fuisse. Sententiam autem Sophoclis, ex qua Phrygia regnum Tantali est, reprehendit *Tzetzes,* Chil. 5: 448—51:

Πῶς Σοφοκλῆς τὸν ἄνδρα δὲ Φρύγα φησὶν οὐκ οἶδα,
λέγων ἀρχαῖον ὄντα Πέλοπα βάρβαρον Φρύγα.
Εἰ Τμῶλος Τάνταλον γεννᾷ τοῖς τόποις τῆς Λυδίας,
ὁ Τάνταλος δὲ Πέλοπα, πῶς Φρύγες, ὦ Σοφόκλεις;

divitiis floruisse ferebatur[1], qua in regione, præterquam quod sepulcrum[2] eius ibi ostendebatur[3], palus[4] atque urbs.

[1] Aeschylus, frgm. 158 Nauck, 155 Dindorf, 156 Wecklein. (Vide Strab. 12: 580; Plutarch. de exil. 10: 603 A; princ. phil. 3: 778 B.)

Tantalus: σπείρω δ' ἄρουραν δώδεχ' ἡμερῶν ὁδόν,
Βερέκυντα χῶρον, ἔνθ' Ἀδραστείας ἕδος
Ἴδη τε μυκηθμοῖσι καὶ βρυχήμασι
πρέπουσι μήλων πᾶν τ' Ἐρέχθειον πέδον.

V. 4: ἔρπουσι codd.; πρέπουσι Ahrens, Nauck, Karolides, alii.

V. 4: δ' ἐρέχθει, ὀρεχθεῖ, ἐρέχθεον codd.; τ' Ἐρέχθειον Meineke, Dindorf.

[2] Credibile est eo loco Tantalum eodem heroico honore atque Lesbi (v. p. 7) cultum esse. Sæpissime enim fit, ut heros quasi in sepulcro requiescat tali honore a civibus afficiatur, licet communis vulgataque fabula aliis locis sive in Elysio sive in Tartaris eum versari narret, qua de re cfr *Welckerum*, Gr. Götterl. 3, p. 242, *Comparettium*, Phil. 32 (1873) p. 244.

[3] *Lucianus*, Dial. Mort. 17: ἐκεῖνο (σῶμα) μὲν ἐν Λυδίᾳ που τέθαπται; *Pausan*. 2: 22, 3: Ἑτέροις δέ ἐστιν εἰρημένον, ὀστᾶ ἐν τῷ χαλκείῳ κεῖσθαι Ταντάλου. τὸν μὲν δὴ Θυέστου παῖδα ἢ Βροτέου — λέγεται γὰρ ἀμφότερα — ὃς Κλυταιμνήστρᾳ πρότερον ἢ Ἀγαμέμνων συνῴκησε, τοῦτον μὲν Τάνταλον οὐ διοίσομαι ταφῆναι ταύτῃ· τοῦ δὲ λεγομένου Διός τε εἶναι καὶ Πλουτοῦς ἰδὼν οἶδα ἐν Σιπύλῳ τάφον θέας ἄξιον. πρὸς δὲ οὐδὲ ἀνάγκη συνέπεσεν ἐκ τῆς Σιπύλου φυγεῖν αὐτόν, ὡς Πέλοπα ἐπέλαβεν ὕστερον, ἐλαύνοντος Ἴλου τοῦ Φρυγὸς ἐπ' αὐτὸν στρατιᾷ; *Pausan*. 5: 13, 7: Ταντάλου τῆς παρ' ἡμῖν ἐνοικήσεως σημεῖα ἔτι καὶ ἐς τόδε λείπεται Ταντάλου μὲν λίμνη τε ἀπ' αὐτοῦ καλουμένη καὶ οὐκ ἀφανὴς τάφος. Nostra etiam ætate *Stark*, Niobe pp. 102, 429, *Texier*, Descript. de l'Asie Mineure 2, pp. 249 sqq., *Ramsay*, Journal of Hell. Stud. 3 (1882), p. 67, *Humann*, Mittheil. des K. deut. Archæol. Inst. Athen. Abt. 13 (1888), p. 41, sepulcrum Tantali se invenisse crediderunt. Sed quia neque locus inter eos convenit, qua de re cfr Encycloped. Britann.[9] v. Tantalos, et certis antiquorum testimoniis sumus destituti, valde dubium videtur, num quis eorum recte coniecerit. Cfr *Gardnerum*, New Chapters in Greek History, London 1892, p. 35.

[4] Pausan. 5: 13, 7 (v. supra); 8: 17, 3: Ἀετοὺς . . . οἶδα ἐν Σιπύλῳ θεασάμενος περὶ λίμνην καλουμένην Ταντάλου. Hanc paludem *Ramsay*, Journ. of Hell. Stud. 3 (1882), p. 65, se indagasse credidit. Cfr tamen *Gardnerum*, Gr. History, p. 35.

nomine Tantalis, cui, quod in monte[1] Sipylo[2] sita erat, temporibus posterioribus nomen montis inditum est[3], ab eo[4] nomina duxerunt[5]. Atque urbis vicinæ, cui nomen

[1] Hunc montem, nunc Manissa-dagh, describunt *Stark*, Niobe p. 99, *Humann*, Mittheil. K. deut. Archæol. Inst. Athen. Abt. 13 (1888), p. 26.

[2] De monte Sipylo vide *Plin*. Nat. Hist. 2: 205 (v. infra); 6: 215; *schol*. ad Soph. Ant. 825: Σιπύλῳ· Φρυγίας ὄρος; *schol*. Genav. ad Il. 24: 615: Σίπυλος· ὄρος τῆς ἐν Λυδίᾳ Μαγνησίας; *Eustath*. 1367: 55: τὸ δὲ Σίπυλον πόλις ἢ ὄρος Φρύγιον; 1701: 16: τὸ Φρύγιον ὄρος ἡ Σίπυλος ἢ τὸ Σίπυλον; *schol*. Pind. Tricl. Ol. 1: 62: Σίπυλον· οἱ μὲν πόλεως ὄνομα ἔφασαν, οἱ δὲ ὄρος περὶ τὴν Λυδίαν. Quo loco anno 396 a. Chr. n. Tissaphernes ab Agesilao fusus est, ut narrat *Diodorus Siculus*, 14: 80; anno autem 190 a. Chr. n. ab Antiocho Scipio victoriam reportavit, ut narrant *Livius* 37: 43, 44; *Appianus* 11: 30, 36; *Aurel. Victor* de viris ill. 53; *Eutropius*, Hist. Rom. Brev. 4: 4. Cfr *Tomaschekium*, Histor. Topogr. von Kleinaisien im Mittelalter p. 29 in Sitz.-Ber. der Kais. Akad. der Wissensch. Phil.-Hist. Classe 124, Wien 1891.

[3] De urbe Sipylo vide *Pindar*. Ol. 1: 58 (v. p. 23); *Pherecyd*., fr. 102 bb, in schol. Townl. ad Il. 24: 617: Φερεκύδης δὲ ἐν η': Νιόβη ἀναχωρεῖ εἰς Σίπυλον καὶ ὁρᾷ τὴν πόλιν ἀνεστραμμένην [καὶ] Ταντάλῳ λίθον ἐπικρεμάμενον; *Hellanic*. frgm. 44 Mueller apud Steph. Byz.: Σίπυλος· πόλις Φρυγίας. Ἑλλάνικος Ἱερειῶν πρώτῳ; *Eurip*. Iphig. Aul. 952 Nauck: ἡ Σίπυλος ἔσται πόλις, ὅρισμα βαρβάρων, | ὅθεν πεφύκασ' οἱ στρατηλάται γένος; *Plin*. Nat. Hist. 2: 205: ipsa se comest terra. Devoravit . . . Sipylum in Magnesia et prius in eodem loco clarissimam urbem, quæ Tantalis vocabatur; 5: 117: interiere . . . et Sipylum, quod ante Tantalis vocabatur, caput Mæoniæ, ubi nunc est stagnum Sale; *Solin*., Collect. rer. memor. 40, 14: caput Mæoniæ Sipylus excipit, Tantalis antea dictus; *Schol*. Ven. B. ad Il. 24: 615: Σίπυλος πόλις ἐστὶ Λυδίας; *Schol*. Townl. ad Il. 24: 615: Σιπύλῳ· πόλις Λυδίας ἐστίν; *Schol. Bob*. pro Flacco 5: 2, p. 232 Orell.: antiquissimis temporibus hæc (civitas) Tantalis (ci. Orelli, Tantis codd.) vocitata est, quam terra ipsa consumpsit, hiatu scilicet interceptam, ibique postea oppidum constitutum, cui Sipylo nomen inditum; *Eustath*. 1367: 55 (v. supra); *Schol*. Pind. Tricl. Ol. 1: 62 (v. supra). De etymo autem huius verbi cfr quæ dixerunt *Stark*, Niobe p. 427, *Ramsay*, Journ. of Hell. Stud. 3 (1882), p. 59, *Bergk*, Opusc. Phil. ed. Peppmüller 2, Halle 1886, p. 690, *Thræmer*, Pergamos p. 94, *Lewy*, Die Semitischen Fremdwörter im Griechischen, Berl. 1895, p. 199. Cfr p. 86.

[4] Urbem Tantalida a Tantalo Niobæ filio nomen traxisse credit *Ansart* (Lemaire) ad Plin. N. H. 5: 117 = 5: 31, 6.

[5] Temporibus posterioribus nomen erat oppido ad Mæandrum flumen sito Tantalo, si quidem *Nicetæ Chon*., de Alexio Isaacii Angeli Frat. 2, p. 319 D, fides tribuenda est.

erat Smyrnæ, Smyrnæi ipsi et post eos alii Tantalum conditorem fuisse edebant[1].

Qui tamen loci Tantalum Lydum fuisse tradunt, hi fere sunt:

Aeschylus, frgm. 158 Nauck, 155 Dindorf, 163 Wecklein, testante Strabone 12: 580:

Σίπυλον Ἰδαίαν ἀνὰ χθόνα.

Sophocles, Antig. 824 Jebb:

ἤκουσα δὴ λυγροτάταν ὀλέσθαι τὰν Φρυγίαν ξέναν
Ταντάλου Σιπύλῳ πρὸς ἄκρῳ.

Pseudo-Callisthenes[2], frgm. 29, apud Strab. 14: 680: Συνήγαγον τὰς ἱστορίας, ἃς ὁ Σκήψιος τίθησι παρὰ Καλλισθένους λαβὼν καὶ ἄλλων τινῶν, ὡς ὁ μὲν Ταντάλου πλοῦτος ἀπὸ τῶν περὶ Φρυγίαν καὶ Σίπυλον μετάλλων ἐγένετο.

Nicolaus Damascenus comicus, vv. 9, 10 (v. p. 33).

Nicolaus Damascenus hist., frgm. 17 (v. p. 14).

Lucianus, Necyomant. 14 (v. p. 60).

Lucianus, de saltatione 54: κἂν εἰς τὴν Ἀσίαν διαβῇς . . . . . ἡ τοῦ Ταντάλου φλυαρία καὶ ἡ παρ᾽ αὐτῷ θεῶν ἑστίασις καὶ ἡ Πέλοπος κρεουργία (occurrit).

Athenæus, Dipnosoph. 14: 625 e: Λυδοὶ μὲν γὰρ αὐτῷ (Pelopi) συνηκολούθησαν διὰ τὸ τὴν Σίπυλον εἶναι τῆς Λυδίας. Φρύγες δὲ οὐχ ὅτι ὁμοτέρμονες τοῖς Λυδοῖς εἰσιν, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ αὐτῶν ἦρχεν ὁ Τάνταλος[3].

Pausanias 2: 22, 3 (v. p. 4).

Pausanias 5: 13, 7 (v. p. 4).

Apollodorus, Bibl. 3: 5, 6: Νιόβη . . . πρὸς τὸν πατέρα Τάνταλον ἧκεν εἰς Σίπυλον.

Herodianus hist. 1: 11, 4 (v. p. 48).

Eusebius testante Georgio Syncello[4], Chronograph. p. 161 C (cfr Schoenium, Eusebii Chronica 2, p. 40, Berol. 1866):

[1] Tacitus, Annal. 4: 56; Aristides 22: 270, cuius sententiam non recte *Stark*, Niobe p. 411, recte autem *Ramsay*, Journ. of Hell. Stud. 3 (1882), p. 46, intellegit; Stephan. Byz. v. Σμύρνα.

[2] *Christ*, Gr. Litt.-Gesch.[2] pp. 312, 683.

[3] Vide p. 3.

[4] Quod etiam *Boccatius*, Genealogiæ deorum 12: 1 (v. p. 75), testatur.

A. Abr. 657: καθ᾽ οὓς (Tros et Ilus) Τάνταλος ἐβασίλευσε τῆς Φρυγίας ἤτοι Μαιονίας.

Lactantius Placidus, Argum. Met. Ov. 6: 3[1]: Niobe Tantali Sipylo Lydiæ orta.

Orosius, Histor. 1: 12 (v. p. 47).

Mythogr. Vatic. I, 156: Niobe, Tantali filia, uxor Amphionis, ex Sipylo Lydiæ orta.

Nonnus Abbas ad Greg. Naz. Or. c. Iulianum 1: 4 = App. 57: 1 Westermann (v. p. 42).

Nonnus Abbas ad Greg. Naz. laud. funebr. Basilii 1 = App. 57: 3 West. (v. p. 49).

Photius 570: 12 Porson (v. p. 29).

Tzetzes, Chil. 5: 444:

Παῖς τῆς Πλουτοῦς ἦν Τάνταλος καὶ Τμώλου βασιλέως.
Τμώλου τοῦ βασιλεύοντος ἐν χώρᾳ τῆς Λυδίας,
ἀφ᾽ οὗ καὶ Τμῶλος τὸ Λυδῶν ὄρος κατωνομάσθη,
ὧνπερ Λυδῶν ἐσύστερον καὶ Κροῖσος βασιλεύει.

Apostolius, Cent. 16: 16 (v. p. 29).

Arsenius, Viol. p. 443 (v. p. 29).

Pseudo-Eudocia, Viol. 757, p. 332 (v. p. 43).

Atque etiam *Lesbi*, in insula Lydiæ vicina, sunt vestigia, quibus Tantalum illic cognitum fuisse apparet. Ibi enim et heroum ei erat, ut testatur *Steph. Byz.* hoc modo: Πόλιον, ἐν Λέσβῳ τόπος, ὅπου τὸ ἡρῷον Ταντάλου, et in ea insula situs erat mons, nomine Tantalus, ut dicunt his verbis

Herodianus, Καθολ. προσῳδ. lib. 6 = 1, p. 159 Lentz: Τάνταλος, ἀφ᾽ οὗ καὶ Τάνταλος ὄρος Λέσβου[2].

Steph. Byz.: Τάνταλος, ὄρος Λέσβου, ἀπὸ Ταντάλου[3].

De Lydia igitur et de Lesbo, ut vidimus, res hoc modo se habet, ut sane dubitari debeat atque in integro

[1] *Teuffel-Schwabe*, Gesch. Röm. Lit.[5] p. 569.

[2] Etiam mons fuit, cui nomen erat Ταντάλειον testante *Herodiano* lib. 13 = 1, p. 373 Lentz. Cfr Herod. 2: 460 Lentz.

[3] Hæc verba laudat *H. Steph.* Thes. Gr. L. v. Τάνταλος.

relinquendum sit, utra earum meliore iure Tantali patria nominetur [1]. Sed tamen scriptor posterioris temporis est, qui ex oris maris Aegæi ad litora Ponti euxini regnum Tantali transferens auctor est Tantalum in *Paphlagonia* domicilium habuisse, qua ex regione, diis invisum, ab Ilo esse submotum. Sunt enim hæc verba *Diodori Siculi,* Bibl. Hist. 4: 74: Τάνταλος Διὸς μὲν ἦν υἱός, πλούτῳ δὲ καὶ δόξῃ διαφέρων κατῴκει τῆς Ἀσίας περὶ [2] τὴν νῦν ὀνομαζομένην Παφλαγονίαν. διὰ δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ πατρὸς Διὸς εὐγένειαν, ὥς φασι, φίλος ἐγένετο τῶν θεῶν ἐπὶ πλέον. ὕστερον δὲ τὴν εὐτυχίαν οὐ φέρων ἀνθρωπίνως καὶ μετασχὼν κοινῆς τραπέζης καὶ πάσης παρρησίας ἀπήγγελλε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παρὰ τοῖς ἀθανάτοις ἀπόρρητα. δι' ἣν αἰτίαν καὶ ζῶν ἐκολάσθη, καὶ τελευτήσας αἰωνίου κατὰ τοὺς μύθους τιμωρίας ἠξιώθη, καταταχθεὶς [3] εἰς τοὺς ἀσεβεῖς. τούτου δ' ἐγένετο Πέλοψ υἱὸς καὶ Νιόβη θυγάτηρ. . . . . ὁ Τάνταλος μισηθεὶς ὑπὸ τῶν θεῶν ἐξέπεσεν ἐκ τῆς Παφλαγονίας ὑπὸ Ἴλου τοῦ Τρωός.

Sed quemadmodum qui in Asia minore Tantali regnum posuerunt alii nominarunt alia loca, sic etiam ceteri, qui in Europa et in Africa eum regem fuisse voluerunt, nullo modo inter se congruunt. In *Aegypto* enim eum regnasse narrat Schol. Apoll. Rhod. 4: 269 *Hermippum*que, frgm. 77, laudat auctorem. Cuius verba ita tradita sunt: Ὁ δὲ Νεῖλος οὕτω τὸ πρότερον ἐκαλεῖτο, Τρίτων. μετωνομάσθη δὲ ἀπὸ Νείλου τοῦ Κύκλωπος, τοῦ Ταντάλου, βασιλεύσαντος τῆς χώρας, ὡς Ἕρμιππός φησιν.

In Europa autem *Thracia* regnum eius credebatur, si quidem Suidæ fides habenda est hæc scribenti: Ἴλιον· κατὰ τὴν Φρυγῶν χώραν Τρὼς ἐβασίλευσεν . . . . πληρώσας τὰς πόλεις (Troiam et Ilium), πάντας τοὺς τοπάρχας ἐν τοῖς ἐγκαινίοις προετρέψατο δίχα Ταντάλου τοῦ βασιλέως τῆς Θρᾴκης. καὶ μετά τινα χρόνον ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ Γανυμήδην θυσίαν ἀπάγειν τῷ Εὐρωπαίῳ Διὶ ὑπὲρ εὐχαριστίας. νομίσας οὖν

[1] Cfr tamen p. 94.

[2] In nonnullis codicibus abest περί.

[3] καταχθείς codd., καταταχθείς Dindorf, Vogel.

ὁ Τάνταλος ὅτι κατάσκοπος ἐπέμφθη τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἐκράτησεν αὐτὸν πρὶν ἢ καταλαβεῖν τὸ ἱερόν. καὶ μαθὼν τὴν αἰτίαν ἐθεράπευσεν. ὁ δὲ μικρὸν διατρίψας καὶ νόσῳ πιεσθεὶς ἐτελεύτα. λυπηθεὶς δὲ ὁ Τάνταλος αὐτὸν μὲν ἔθηκεν ἐν σορῷ, τοὺς δὲ σὺν αὐτῷ ἀπέστειλεν ἀπαγγελοῦντας τῷ πατρὶ τὸν ἐκείνου θάνατον.

Alii sunt auctores in Argolide eum regem fuisse, sed qua in urbe valde discrepant sententiæ. Quarum urbium traditæ sunt

Argos, ut testatur

Hyginus, Fab. 124: Reges Argivorum [1]. . . . . Tantalus Jovis filius, Pelops Tantali filius, Atreus, Thyestes, Agamemnon, Aegisthus, Orestes.

Mycenæ, ut narrant

Malalas, Chronogr. 4: 97: ἐβασίλευσε τῆς Φρυγίας ὁ Τρώς . . . ὅστις πληρώσας τὰ τείχη τῶν πόλεων (Troiæ atque Ilii), τοὺς τοπαρχοῦντας ἤτοι βασιλεύοντας τῆς Εὐρώπης χώρας πάντας προετρέψατο δίχα τοῦ Ταντάλου, βασιλέως τῆς Μυκηναίων χώρας. καὶ πρὸς τοῦτο ἐλυπήθη ὁ Τάνταλος καὶ ἔσχεν ἔχθραν μεγάλην πρὸς αὐτόν. (Tros) ἔπεμψε Γανυμήδην εἰς τὸ ἀπενέγκαι τὰ δῶρα εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Διός. (Ganymedes) ἀντιπεράσας τὴν θάλασσαν ἀπήρχετο ἐπὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Διός. μαθὼν δὲ ὁ Τάνταλος, νομίσας ὅτι κατασκοπῆσαι ἦλθε τὴν Εὐρώπην χώραν, ἔπεμψε πολλοὺς ὡπλισμένους, καὶ ἥρπασαν τὸν Γανυμήδην. ὁ δὲ Γανυμήδης ἐκ τῆς δειλίας ἠρρώστησεν. καὶ εἶπεν αὐτῷ (Tantalo) ὅτι θυσίας χάριν τοῦ Διὸς ἦλθον ἐγώ. καὶ γνοὺς τοῦτο ὁ Τάνταλος ἐκέλευσεν αὐτῷ περιμεῖναι καὶ ἀνεθῆναι διὰ τὴν νόσον. ὁ δὲ αὐτὸς Γανυμήδης τελευτᾷ. καὶ ἐκέλευσεν ὁ Τάνταλος ἀποδοθῆναι ἃ ἤνεγκε δῶρα εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Διός. τοῦτο δὲ ἐποίησεν ὁ Τάνταλος πρὸς θεραπείαν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. ταῦτα δὲ συνεγράψατο ὁ σοφώτατος Δίδυμος ὁ ἱστορικὸς χρονογράφος.

Georgius Cedrenus, Hist. Comp. 120 B: Τρὼς τῆς Φρυγῶν χώρας ἦρχεν. τοὺς ἀστυγείτονας εἰς τὸν ἐγκαινισμὸν τῶν πόλεων (Troiæ atque Ilii) προσκαλεσάμενος τοῦ Μυκη-

[1] *Achivorum* codd., *Argivorum* Heinsius, Munckerus.

ναίων ἀνάσσοντος Ταντάλου ἐπελάθετο. ὃς καὶ εἰς ἔχθραν αὐτῷ διὰ τοῦτο ἀντεκατέστη. ἐπεὶ αἱ πόλεις ἐτελέσθησαν, τὸν Γανυμήδην δῶρά τε καὶ θυσίας πρὸς τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν ἐκπέμπει Τάνταλος δὲ δόλον οἰηθεὶς ἥρπασε Γανυμήδην. ὁ δὲ Γανυμήδης διὰ τὴν αἰσχύνην ἅμα καὶ τὸν φόβον ἀρρωστεῖ, μετ' ὀλίγον τελευτᾷ. καὶ τὰ μὲν δῶρα τοῦ Ταντάλου κελεύσαντος τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς ἀπεδόθη. τὸ δὲ λείψανον αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ ἔνδον ἀπετέθη.

Corinthus, ut scribunt

Mythographus Vat. 2: 102: Tantalus, rex Corinthiorum, amicus numinibus fuit. Quæ quum frequenter susciperet et quodam tempore defuissent epulæ, volens divinitatem eorum temptare, invitatis filium suum Pelopem occidens epulandum apposuit. Tantalus autem hac lege apud inferos dicitur esse damnatus, ut in Eridano inferorum stans nec undis præsentibus nec vicinis eius pomariis, fame deficiens, perfruatur. Aliquis igitur avarus fingitur.

Anonymus in Verg. Aen. 6: 603: Tantalus, rex Corinthiorum, amicus numinibus fuit. Quæ quum frequenter susciperet et quodam tempore defuissent epulæ, filium suum Pelopem occidit et diis epulandum apposuit. Tantalus autem hac lege apud inferos dicitur esse damnatus, ut in Eridano inferorum stans nec undis præsentibus nec vicinis eius pomariis perfruatur. Per hæc autem avaritia significatur.

Mythographus Vat. 3: 6, 21: De Tantalo, qui apud inferos punitur, habet fabula, quod Corinthiorum rex fuerit, amicus numinibus. Quæ quum frequenter susciperet et quodam tempore defuissent epulæ, filium suum Pelopem occisum diis epulandum apposuit. Tantalus autem hac lege apud inferos damnatus dicitur, ut in Eridano, inferorum fluvio, stans neque undis præsentibus nec vicinis pomariis perfruatur. Per hunc igitur avaritia designatur [1].

* * *

[1] Boccatius, Genealogiæ deorum 5: 45: Tantalum dicit Theodontius Iovis fuisse filium. Fuit enim is antiquissimus Corinthiorum rex

Atque ut in quæstione de Tantali patria enodanda scriptores inter se longe dissentiunt, sic etiam alii alia de *gente familiaque* eius narrant. Neque *pater* ipse idem traditur. Nam quamquam omnium plurimi sunt auctores Iovem eum procreasse, tamen nonnulli aut Tmolum, regem Lydiæ, aut Hymenæum, virum Lydum [1], patrem fuisse audisse videntur [2]. *Iovem* enim parentem fuisse hi fere testantur:

Euripides, Or. 5 (v. p. 24).

Euripides, Or. 345 Paley:

> τίνα γὰρ ἔτι πάρος οἶκον ἄλλον
> ἕτερον ἢ τὸν ἀπὸ θεογόνων γάμων,
> τὸν ἀπὸ Ταντάλου, σέβεσθαί με χρή;

Euripides, Iphig. Aul. 504:

> γενναῖ' ἔλεξας Ταντάλῳ τε τῷ Διὸς
> πρέποντα.

Isocrates 1: 50 ed. Baiter.: Ζεὺς γὰρ . . . Τάνταλον γεννήσας, ὡς οἱ μῦθοι λέγουσι καὶ πάντες πιστεύουσι, . . . τὸν δὲ διὰ τὴν κακίαν ταῖς μεγίσταις τιμωρίαις ἐκόλασεν.

Plato, Cratyl. 395 d: φαίνεται δὲ καὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ (Tantali) λεγομένῳ τῷ Διὶ παγκάλως τὸ ὄνομα κεῖσθαι.

Plato, Hipp. mai. 293: ἀλλ' οὐ τοῖς θεοῖς ἔγωγ' ἔλεγον. — Οὐδὲ τοῖς ἥρωσιν, ὡς ἔοικας. — Οὐχ ὅσοι γε θεῶν παῖδες ἦσαν. — Ἀλλ' ὅσοι μή; — Πάνυ γε. — Οὐκοῦν κατὰ τὸν σὸν αὖ λόγον τῶν ἡρώων τῷ μὲν Ταντάλῳ δεινόν ἐστι, Πέλοπι δὲ καλόν.

et pius homo atque deorum mensis sæpe accubuit. Quod ideo fictum puto, quia celsissima sit arx Corinthiorum adeo, ut si quis eam ascendat in caelum videatur conscendere et esse cum superis; 12: 2: Niobe filia fuit Tantali et Taygetæ, ut apud Ovidium ipsa testatur. Sed salva reverentia Ovidii, pater huius non fuit ille Tantalus, qui amicus deorum fuit. Nam ille fuit homo pius et Corinthiorum rex et tempore prior. Lactantius autem dicit hanc filiam fuisse Tantali et Penelopes.

[1] Cfr tamen p. 94.

[2] *Natalis Comes*, Myth. 6: 18, fabulatur Lucianum in dialogo de dipsadibus 6 Aethonis filium Tantalum censuisse, perverse apud eum Αἴθονος υἱόν legens pro codicum αἴθοπος ἰοῦ. Vide p. 72.

Asclepiades Tragilensis, frgm. 20 (v. p. 36).

Nicolaus Damascenus comicus, v. 2 (v. p. 32),

Latinus tragicus apud Quintil., Inst. Or. 9: 3, 57, et Diomedem, ars gram. 2: p. 443 P (cfr O. Ribbeckium, Tragicorum Rom. Frgm., Leipz. 1871, ex incertis incertorum fabulis 54):

> Iove pắtre prognatus[1] ést, ut perhibent, Tántalus,
> ex Tántalo ortus Pélops.

Ovidius, Metam. 6: 172:

> Mihi (Niobæ) Tantalus auctor,
> cui licuit soli superorum tangere mensas.
> Pleiadum soror est genetrix mea. Maximus Atlas
> est avus . . . . Iuppiter alter avus.

Ovidius, Heroid. Ep. 8: 45:

> Tu (Orestes) quoque habes proavum Pelopem
> Pelopisque parentem.
> Si melius numeres, a Iove quintus eris.

Seneca, Thyest. 90 (v. p. 33).

Diodorus Siculus 4: 74 (v. p. 8).

Statius, Theb. 2: 436:

> Tibi (Polynici) larga — Pelops et Tantalus auctor —
> nobilitas, propiorque fluat de sanguine iuncto
> Iuppiter.

Pseudo-Plutarch. 984 pro nobilitate 21: (apud Euripidem Electra:) διηγουμένη τὴν Ταντάλου τοῦ Διὸς αἰκίαν, τιμωρουμένων τῶν θεῶν.

Tacitus, Annal. 4: 56: Tantalus Iove ortus.

Scholiastes ad Soph. Ant. 834:

> Ταντάλου γὰρ ἦν τοῦ Διός (Niobe).

---

[1] *Propagatus* Quintiliani codex Ambrosianus; *propugnatus* Diomedis codd. Parisini 7494, 7493, Monacensis; *patre prognatus* Ribbeck, Meister.

Scholiastes ad Eur. Or. 4: οὐκ ἐνδοιάζουσά φησιν εἰ παῖς ἦν τοῦ Διὸς ὁ Τάνταλος, ἀλλ' ὀνειδίζουσα τῷ δαίμονι ὅτι τοὺς ἰδίους ἐκγόνους τοσοῦτον ἐν ταῖς δυσδαιμονίαις παρορᾷ.

Scholiastes ad Eur. Or. 345 (v. p. 15).

Antoninus Liberalis, Transform. 36 (v. p. 45).

Pausanias 2: 22, 3 (v. p. 4).

Hyginus, Fab. 82 (v. p. 25).

Hyginus, Fab. 124 (v. p. 9).

Hyginus, Fab. 155 (v. p. 15).

Philostratus, Heroic. 16, p. 723:

> ἀπὸ Διὸς μὲν γὰρ . . . ᾄδεσθαι . . . τοὺς Ταντάλου.

Nonnus, Dionys. 1: 145:

> ἐς εὐνὴν
> Πλουτοῦς Ζεὺς Κρονίδης πεφορημένος, ὄφρα φυτεύσῃ
> Τάνταλον οὐρανίων ἀεσίφρονα φῶρα κυπέλλων.

Mythographus Vat. 1: 204 (v. p. 16).

Lactantius Plac. ad Stat. Theb. 2: 436 (v. p. 15).

Nonnus Abbas ad Greg. 2: 37 (v. p. 78).

Scholia Bernensia ad Verg. Georg. 3: 7 (v. p. 42).

Photius p. 570: 12 Porson. (v. p. 29).

Nicetas David in Greg. Naz. Or. in sanct. lum. apud Westerm. App. 57: 2 (v. p. 42).

Suidas, v. Τάνταλος (v. p. 78).

Apostolius, Cent. 7: 60 (v. p. 58).

Apostolius, Cent. 16: 16 (v. p. 29).

Arsenius, Viol. p. 237 (v. p. 58).

Arsenius, Viol. p. 443 (v. p. 29).

Pseudo-Eudocia 912, p. 390 (v. p. 79).

Tmolo[1] contra eum esse natum[2] hi narrant:

---

[1] De Tmolo vide *Starkium*, Niobe p. 422. De forma agit *Ramsay*, Journ. of Hell. Stud. 3 (1882), p. 56.

[2] Hanc discrepantiam solvere conatus est *Tzetzes*, Chil. 5: 452:

> Τμώλου δὲ τούτου Τάνταλον υἱὸν, ὡς ἔφην, ὄντα,
> υἱὸν Διὸς οἱ Ἕλληνές φασιν ὡς βασιλέως.
> Δίας γὰρ πρὶν οἱ Ἕλληνες τοὺς βασιλεῖς ἐκάλουν.

Nicolaus Damascenus, frgm. 17: ἐπὶ Περσέως ταῦτα ἐγένετο. Τάνταλος ὁ Τμώλου, ἀφ' οὗ τὸ ὄρος ὁ Τμῶλος ἐν Λυδίᾳ καλεῖται, πόλεμον ἔχων πρὸς Ἴλον τὸν Τρῶα Φρυγῶν βασιλέα, ἡττηθεὶς μάχῃ ἐκλείπει τὴν χώραν. μέλλων δὲ εἰς Πελοπόννησον ἐξοικίζεσθαι, αὐτὸς μὲν ὑπὸ γήρως ἐν Λυδίᾳ ἔμεινεν, τὸν υἱὸν δὲ Πέλοπα σὺν στρατῷ ἔπεμψεν εἰς τὴν γῆν. ὁ δὲ . . . ὁρμηθεὶς ἐκ Σιπύλου . . . .

Scholiastes ad Eur. Or. 4: Τμώλου καὶ Πλουτοῦς υἱὸς ὁ Τάνταλος, Ταντάλου δὲ καὶ Εὐρυανάσσης Πέλοψ, Βροτέας, Νιόβη. — καλῶς τὸ ὡς λέγουσι. οὐ γὰρ πείθομαι τὸν Δία τοὺς ἰδίους παῖδας οὕτως αἰκίζεσθαι.

Tzetzes, Chil. 5: 444 (v. p. 7), 452 (v. p. 13)[1].

Tzetzes, Exeges. in Iliadem p. 68 Hermann: Τμώλου γὰρ καὶ Πλουτοῦς υἱὸς ὁ Τάνταλος. Ταντάλου δὲ καὶ Εὐρυανάσσης Πέλοψ, Βροτέας, Νιόβη.

Mantiss. Prov. cent. 2: 94 (v. p. 51).

Hymenæus autem pater Tantali esse Xantho[2], ipsi Lydo, est visus, frgm. 23, secundum Steph. Byz. v. Ἀσκάλων: Ξάνθος ἐν τετάρτῃ Λυδιακῶν φησιν, ὅτι Τάνταλος καὶ Ἄσκαλος, παῖδες Ὑμεναίου[3] . . . . . τὰ αὐτὰ καὶ Νικόλαος[4] (Nicolaus Damascenus, frgm. 26) ἐν τετάρτῃ ἱστορίᾳ.

At de patre quamquam scriptores inter se dissentiunt, *matrem* tamen videmus omnes[5] una voce vel Pluto[6]

Τοῖς δὲ Λυδοῖς καὶ Ἴωσι τοῖς ἐν Ἐφέσου τόποις
πρὶν Πάλμυς βασιλεὺς ὁ σύμπας ἐκαλεῖτο.

[1] *Natalis Comes,* Mythologiæ 6: 18: Quem (Tantalum) Tzetzes Pluto quidem matre genitum, at patre Tmolo Lydiæ rege scribit.

[2] Cfr p. 94.

[3] *Thræmer,* Pergamos, Lpz. 1888, p. 87, Gutschmidium secutus legit Τυμεναίου.

[4] Cfr p. 84.

[5] *Eusebius* tamen, testante Natale Comite, Mythol. 6: 18 (v. p. 16), qui certis verbis a Pluto eam distinguit l. l. (v. p. 109), et *Lactantius,* ut auctor est Boccatius, Gen. Deor. 12: 1 (v. p. 75), Ploten nympham matrem Tantali nominant. Quo loco Eusebius hæc dixerit, reperire non possum. Id vero certum est Lactantium non dixisse, ut p. 15 ostendam. Atque fieri potest, ut ex eo fonte errores librariorum — neque aliud est hæc forma — fluxerint.

[6] De Pluto vide *Starkium,* Niobe p. 421.

vel, alia eiusdem nominis hypocoristica forma[1], quæ vocatur, usos, Plutida[2], quo nomine, ut ait Schol. ad Hesiod. Theog. 355, divitiæ significantur, nominasse. Sic enim testantur hi:

Asclepiades Tragilensis, frgm 20 (v. p. 36).

Scholiastes ad Pind. Ol. 3: 41: Πλουτὼ γὰρ ἡ θυγάτηρ Κρόνου, ἧς Τάνταλος ὁ πατὴρ Πέλοπος.

Scholiastes ad Eur. Or. 4 (v. p. 14).

Scholiastes ad Eur. Or. 345: ἀρχηγὸς γὰρ τῆς γονῆς ὁ Ζεύς, ὅστις ἐφύτευσε Τάνταλον Πλουτοῖ συνελθών.

Antoninus Liberalis, Transform. 36 (v. p. 45).

Pausanias 2: 22, 3 (v. p. 4).

Hyginus, Fab. 82 (v. p. 25).

Hyginus, Fab. 155: Iovis filii: . . . . Tantalus ex Plutone, Himantis[3] filia.

Nonnus, Dionys. 1: 145 (v. p. 13).

Nonnus, Dionys. 48: 729:

Διὸς δ' ἐμνήσατο νύμφης,
Πλουτοῦς αἰνοτόκου Βερεκυντίδος, ἧς ἀπὸ λέκτρων
Τάνταλος ἐβλάστησε.

Lactantius Placidus ad Stat. Theb. 2: 436: Tantalus Iovis et Plutidis[4] nymphæ filius.

[1] Cfr Βαυκώ: Βαυκίς; Δωρώ: Δωρίς; Καλλώ: Καλλίς; Μελανθώ: Μελανθίς; Νικώ: Νικίς; Ξανθώ: Ξανθίς; Πυθώ: Πυθίς.

[2] Hæc forma etiam in inscriptionibus, I(nscript.) G(ræcæ) I(nsularum Rhodi) ed. Hiller de Gærtringen, Berl. 1895, n. 147, C(orpus) I(nscript.) G(ræc. Græciæ) S(eptentrionalis) ed. Dittenberger, Berl. 1892, n. 1336, I(nscript.) S(iciliæ et) I(taliæ) ed. Kaibel, Berl. 1890, n. 1963, inventa est.

[3] *Mimantis* Stark, Niobe p. 421; *Atlantis* Unger secundum Schmidtium ad h. l.; *Oceani* mavult Bunte ad h. l.

[4] *Photidis* codd.; *Plutidis* conieci. Sæpe enim inter se mutantur formæ quales sunt Pluto: Plutis (v. supra). Præterea *Pape-Benseler,* Wb. Gr. Eign.[3] v. Πλουτίς, locum aliquem, Pseudoclem. 3: 53 ed. Burs., ubi Plutis mater Tantali exhibetur, affert, quem tamen, quod vehementer doleo, invenire non potui. Etiam e Boccatio, Gen. Deor. 12: 1 (v. p. 75), suspicari licet literam h ex l ortam esse.

Photius p. 570: 12 Porson (v. p. 29).
Tzetzes, Chil. 5: 444 (v. p. 7).
Tzetzes, Exeges. in Iliadem p. 68 (v. p. 14).
Mich. Apostolius, Cent. 16: 16 (v. p. 29).
Arsenius, Viol. p. 443 (v. p. 29).
Mantiss. Prov. cent. 2: 94 (v. p. 51)[1].

Atque in verbis Mythographi[2] ne hæreas, quum iis, quæ supra prolata sunt, contraria afferre videatur, dicens filiam quandam Atlantis matrem Tantali fuisse, tenendum est, quoniam de nomine patris Plutus varietur, quum aut Κρόνος[3] aut Himas[4] sint traditi, fieri posse, ut sub illis verbis lateat Pluto ipsa.

Quo maiore autem consensu de matris nomine sententias proferunt scriptores, eo minor est de *coniuge* consensio. Cui data sunt hæc nomina[5]:

Euryanassa, filia Pactoli, ut eam nominant

Dositheus, frgm. 7, apud Plutarchum, Mor. 313 E = Parallela 33: Πέλοψ, Ταντάλου καὶ Εὐρυανάσσης . . . . ὡς Δοσίθεος ἐν Πελοπίδαις.

Scholiastes ad Pind. Ol. 1: 72: ὡς . . . οἱ ζητοῦντές σε (Pelopem) ὑπέστρεψαν μὴ ἀγαγόντες σε τῇ μητρὶ, Εὐρυανάσσῃ τὸ ὄνομα, οἱ γείτονες διαδεδώκασιν ὑπὸ τοῦ πατρός σε κατακεκόφθαι τοῖς θεοῖς εἰς εὐωχίαν, ψευδῆ λέγοντες.

[1] Ioannem Diaconum et Didymum auctores huius rei *Natalis Comes*, Mythol. 6: 18, citat, hæc scribens: Hunc (Tantalum) Eusebius Iovis et nymphæ Plotæ filium narravit in secundo Euangelicæ præparationis, quum tamen Ioannes Diaconus et Didymus Iovis et Plutus nymphæ filium fuisse arbitrentur.

[2] Vat. 1: 204: Iuppiter concubuit cum una de quattuor filiabus Atlantis, quarum nomina non leguntur, genuitque ex ea Tantalum. Tantalus de Sterope genuit Nioben et Pelopem.

[3] Schol. ad Pind. Ol. 3: 41 (v. p. 15).

[4] Hyginus, Fab. 155 (v. p. 15).

[5] *Boccatius*, Gen. 12: 2 (v. p. 11), et *Natalis Comes*, Mythol. 7: 8 (Pelops Taygetes et Tantali filius fuisse dicitur, ut testatur Euripides in Oreste v. 11) Ovidii (Met. 6: 172) Euripidisque verba prave interpretati Taygeten tradiderunt. Cfr *Burmeisterum* de Niobe p. 11. *Tafel*, Dilucid. Pind., Berol. 1824, 1, p. 31, Plastenen de Pelopis matre accipiendam putans, quid Pausanias 5: 13, 7 dictum vellet, non recte intellexit. Cfr *Pr.-Robertum*, Gr. Myth. 1⁴ p. 649.

Scholiastes ad Eur. Or. 4 (v. p. 14).
Scholiastes ad Eur. Or. 11 (v. infra).
Tzetzes, Chil. 4: 416:
Νιόβη παῖς Ταντάλου μὲν καὶ τῆς Εὐρυανάσσης.
Tzetzes in Lycophronem 52: ὁ Πέλοψ υἱὸς Ταντάλου καὶ Εὐρυανάσσης τῆς Πακτωλοῦ.
Tzetzes, Exeges. in Iliadem p. 68 (v. p. 14).
Mantiss. Prov. Cent. 2: 94 (v. p. 51).

Eurythemiste[1], ut testatur

Scholiastes ad Eur. Or. 11 Schwartz: ἐξ Εὐρυθεμίστης[2] τῆς Ξάνθου ἢ Κλυτίας τῆς Ἀμφιδάμαντος, ὡς ἱστορεῖ Φερεκύδης, ὡς δὲ ἱστορεῖ (auctoris nomen excidit) ἐξ Εὐρυανάσσης τῆς Πακτωλοῦ.

Dione[3], filia Atlantis sororque Pleiadum, ut scribunt

Ovidius, Met. 6: 174 (v. p. 12).
Hyginus, Fab. 9: Niobam, Tantali et Diones[4] filiam.
Hyginus, Fab. 82 (v. p. 25).
Hyginus, Fab. 83 (v. p. 41).

Clytia, ut dicit

Pherecydes, frgm. 93 Mueller, apud Schol. ad Eur. Or. 11 (v. supra).

Sterope, filia Atlantis, ut narrat

[1] Ut *Stark*, Niobe pp. 94, 422, auctor est, Apostolius Euryto atque Euryprytanen coniuges Tantali vocat, quod apud Apostolium non inveni. Sed in Mantiss. Prov. cent. 2: 94 coniectura legitur Εὐρυτώ, qua de re vide *Burmeisterum*, de Niobe p. 12. Quod si Εὐρυθώ legeretur, nomen hypocoristicum esset formæ plenioris, quæ est Εὐρυθεμίστη.

[2] *Stark*, Niobe pp. 94, 422, contendit scholiastam suis verbis nihil aliud nisi matrem Pelopis significasse ("nur als Mutter des Pelops"). Non recte. Nam quum ad verba Euripidis, quæ sunt οὗτος (Tantalus) φυτεύει Πέλοπα, addat ἐξ Εὐρυθεμίστης, Eurythemiste coniux Tantali putanda est.

[3] De forma vide *Meisterum*, Sächs. Ber. 1894, pp. 199 sqq., de significatione *Starkium*, Niobe p. 422. Cfr *Prellerum-Robertum*, Gr. Myth. 1⁴, p. 125.

[4] *Dionei* codd.; *Diones* Scheffer, Muncker, Bunte, Schmidt, alii.

Mythographus Vatic. 1: 204 (v. p. 16).

Peniope[1], ut memoriæ mandat

Lactantius Plac. ad Stat. Theb. 4: 576: Niobe Tantali filia et Peniopes[2].

Pluto, ut

Scholiastes ad Pind. Ol. 3: 41: Πλουτὼ θυγάτηρ Κρόνου ἐγένετο, ᾗ συγκοιμηθεὶς ὁ Τάνταλος ἔσχε Πέλοπα.

Niobe, ut

Schol. Ven. B ad Il. 24: 602: τὴν Νιόβην οἱ μὲν Πέλοπος, οἱ δὲ Ταντάλου, οἱ δὲ Ζήθου, οἱ δὲ Ἀλαλκομένεω γυναῖκά φασιν[3].

Ut vero ad *liberos* eius perveniamus, Pelops Niobeque sæpissime, rarius Broteas, Dascylus, Cyclops, Elius, Aezeu ita traduntur.

Pater enim *Pelopis*[4] Tantalus ab his fere nominatur:

Cypria, frgm. 9 Kinkel: Ταντραλίδου[5] Πέλοπος.

Epigr. Operis Onatæ Aeginensis apud Pausan. 5: 25, 5 (Jacobs, Anthol. Græc. 2, p. 873; Cougny, Epigr. Anthol. Pal., Paris 1890, 3: 1, 41; Preger, Inscr. Gr. Metr., Lpz. 1891, 58): ἀντιθέου Ταντραλίδα Πέλοπος.

Euripides, Iph. Taur. 1: Πέλοψ ὁ Ταντάλειος[6].

Euripides, Or. 11: οὗτος (Tantalus) φυτεύει Πέλοπα.

Isocrates 10: 68: ὁ Ταντάλου Πέλοψ.

Lycophron, Alexandr. 53 (v. p. 38).

[1] Quod etymon fuerit huius vocis, in incerto linquendum est. Fieri tamen potest, ut cum verbo, quod est *penus*, quodammodo cohæreat. Sed hoc nomen errori vel auctoris vel librariorum deberi censet *Burmeister*, de Niobe p. 12.

[2] *Boccatius*, Gen. 12: 2 (v. p. 11), affirmat Lactantium Penelopen scripsisse. Non recte, ut videmus.

[3] Vide *Thræmerum*, Pergamos, p. 12.

[4] De Pelope vide *Krahnerum* in Allg. Encyclop. von Ersch und Gruber v. Pelops; *H. D. Muellerum*, Mythol. der Gr. Stämme, Göttingen 1857, 1, pp. 95—115; *Starkium*, Niobe pp. 435 sqq.; *Thræmerum*, Pergamos pp. 33—84.

[5] Sæpissime Ταντραλίδης Pelops nominatur, ut apud Nonnum, Dionys. 10: 261; 20: 157; Luxorium de laude aurigæ 5.

[6] Hunc versum ridicule *Aristophanes*, Ran. 1232, imitatus est.

Ennius, Thyest. apud Cic. Tusc. 3: 12, 26 (cfr Ribbeckium, Tr. Rom. Fr. ex. inc. inc. fabulis 57; Vahlenium, Ennianæ Poesis Reliquiæ p. 141):

Tántalo prognátus, Pelope nátus (Thyestes).

Latinus tragicus apud Quintil. 9: 3, 57 (v. p. 12).

Horatius, Epod. 17: 65 (v. p. 66).

Diodorus Siculus 4: 74 (v. p. 8).

Plutarchus, Mor. 313 E (v. p. 16).

Acron ad Hor. carm. 1: 28, 7 (v. p. 40).

Scholiastes ad Pind. Ol. 3: 41 (v. p. 18).

Scholiastes ad Eur. Or. 4 (v. p. 14).

Scholiastes ad Apoll. Rhod. 2: 752 (v. p. 20).

Hyginus, Fab. 83 (v. p. 41).

Hyginus, Fab. 84: Pelops, Tantali filius.

Hyginus, Fab. 273: Pelopi, Tantali filio.

Servius in Verg. Georg. 3: 7 (v. p. 41).

Mythographus Vatic. 1: 12 (v. p. 41).

Mythographus Vatic. 1: 204 (v. p. 16).

Nonnus abbas ad Greg. Naz. 1: 4 (v. p. 42).

Nonnus abbas ad Greg. Naz. l. f. Bas. 1 (v. p. 49).

Scholia Bernensia ad Verg. Georg. 3: 7 (v. p. 42).

Tzetzes in Lycophronem 52 (v. p. 17).

Tzetzes in Lycophronem 152 (v. p. 42).

Tzetzes, Exeg. in Iliadem p. 68 (v. p. 14).

Boccatius, Gen. D. 12: 3: Pelops filius fuit Tantali et Taygetæ[1].

Natalis Comes, Mythol. 6: 18: Hic (Tantalus) filium habuit Broteam. Pelopem, Nioben, Dascylum . . .

Mantiss. Prov. cent. 2: 94 (v. p. 51).

Pseudo-Eudocia, Viol. 757, p. 332 (v. p. 43).

Pater Pelopis quum accipitur, avus Atrei[2] Thyestæ-

[1] De Taygete v. p. 16.

[2] Eur. Or. 11; Latinus tragicus apud Quintil. 9: 3, 57; schol. ad Eur. Or. 4. Tantalides Atreus Priap. 68: 11 ed. Baehrens nominatur. De Atreo vide *Roscherum*, Lex. Myth. 1, col. 712.

que[1] fit, proavus Agamemnonis[2] Menelaique[3] Tantali[4] et Plisthenis[5] et Aegisthi[6], atavus Orestis[7], Chrysothemidis, Iphigeniæ, Electræ[8], Hermiones[9], qui omnes poetis tragicis ad fabulas componendas materiam uberrimam præbuerunt.

Reliqui autem Tantali liberi hi sunt traditi:

Broteas[10], ut testantur

Scholiastes ad Eur. Or. 4 (v. p. 14).

Pausanias 3: 22, 4: Βροτέαν τὸν Ταντάλου.

Tzetzes, Exeg. in Iliadem p. 68 (v. p. 14).

Natalis Comes, Mythol. 6: 18 (v. p. 19).

Mantiss. Prov. cent. 2: 94 (v. p. 51).

Dascylus, ut auctores sunt

Herodorus Heracleensis, frgm. 49, Nymphisque Heracleensis testante Schol. ad Apoll. Rhod. 2: 752: φασὶ δὲ αὐτὸν (Lycum, Mariandynorum regem) υἱὸν εἶναι Δασκύλου τοῦ Ταντάλου . . ., ὡς μαρτυρεῖ καὶ Νύμφις ἐν τῷ ᾱ περὶ Ἡρακλείας καὶ Ἡρόδωρος παριστορῶν. ὑπεδέξατο δὲ τοὺς ἥρωας (Argonautas), ὥς τινες, διὰ τὴν πρὸς τὸν Πέλοπα, τὸν θεῖον αὐτοῦ, τιμήν.

Scholiastes ad Apoll. Rhod. 2: 724: Δασκύλου τοῦ Ταντάλου υἱοῦ.

---

[1] Eur. Or. 13; Ennius, Thyest. apud Cic. Tusc. 3: 12, 26; Cic. Tusc. 3: 12, 26; Schol. ad Eur. Or. 4.

[2] Eur. Or. 17; Electr. 11. De Agamemnone vide *Roscherum*, Lex. Myth. 1, col. 90.

[3] Eur. Or. 18; 348.

[4] Vide p. 2.

[5] Hyginus, Fab. 244; 246.

[6] Hom. Od. 4: 518. De Aegistho vide *Roscherum*, Lex. Myth. 1, col. 151.

[7] Eur. Or. 24; Ovid. Heroid. 8: 46.

[8] Eur. Or. 23. De iis vide *Roscherum*, Lex. Myth. 1, col. 906; 2, col. 298; 1, col. 1235. Hæc tamen nomina variantur. Cfr *Schol.* ad Eur. Or. 22.

[9] Hom. Od. 4: 13. Tantalis Ov. Heroid. 8: 122 Baehrens nominatur. De Hermione vide *Roscherum*, Lex. Myth. 1, col. 2433.

[10] De Brotea vide *Starkium*, Niobe p. 437.

Natalis Comes, Mythol. 6: 18 (v. p. 19).

Cyclops, ut affirmat

Hermippus Callimachius, frgm. 77, testante Schol. ad Apoll. Rhod. 4: 269 (v. p. 8).

Elius, ut memoriæ mandat

Stephanus Byz.: Ἦλις, πόλις πρὸς τῇ Αἰγυπτίᾳ Ὀλυμπίᾳ, ἀπὸ Ἠλείου τοῦ Ταντάλου παιδός.

Aezen, ut dicit

Herodianus testante Steph. Byz. v. Ἀζανοί: . . . Ἡρωδιανὸς ἐν πρώτῃ συλλαβῇ . . . λέγων, Αἰζὴν Ταντάλου παῖς.

Sed quo rarius hi filii occurrunt, eo sæpius *Niobe*[1] filia[2], quam sæpissime poetæ atque artifices repræsentandam sibi sumpserunt[3], nominatur. Exhibent enim hi:

Anacreontea 22 Bergk[4]:

> ἡ Ταντάλου ποτ' ἔστη
> λίθος Φρυγῶν ἐν ὄχθαις.

Sophocles, Antig. 824 (v. p. 6).

Euphorion testante Schol. Ven. A ad Il. 24: 602: Νιόβη θυγάτηρ μὲν ἦν Ταντάλου. ἡ ἱστορία παρὰ Εὐφορίωνι.

Theodoridas, Anthol. Pal. 16: 132: Τανταλίδος[4] Νιόβας.

---

[1] Vide *Burmeisterum*, de Niobe; *Starkium*, Niobe; *Thræmerum*, Perg. pp. 4—32; *Lewium*, Sem. Frw. im Gr. pp. 197 sqq.

[2] Nioben etiam filiam referunt et *Pelopis* (Schol. Townl. ad Il. 24: 602, Eustathius 1367: 20), qua de re cfr *Burmeisterum*, de Niobe pp. 10, 43, *Thræmerum*, Perg. p. 12, et *Assaonis*, ut Lydi (Xanthus, Neanthes, frgm. 28, Simmias Rhodius testante Parthenio Nicæensi, Erotic. 33: οὐ γὰρ Ταντάλου φασὶν αὐτὴν (Nioben) γενέσθαι ἀλλ' Ἀσσάονος μὲν θυγατέρα), et *Phoronei*, ut Argivi (cfr *Starkium*, Niobe pp. 337 sqq.). Sed tamen *Lactantius Placidus* ad Stat. Theb. 4: 589 (Phoroneus . . . ., cuius filiam Nioben, quia alia Tantali est . . . .) Tantali Nioben aliam dicit. *Boccatius* quidem, Gen. D. 12: 2 (v. p. 11), negat eam filiam illius Tantali, qui amicus deorum fuerit, esse. Patrem eius, nomine Tantalum, posteriore tempore vixisse.

[3] Nemesianus, Cynegetic. 15: Nam quis non Nioben numeroso funere mæstam iam cecinit?

[4] Sæpissime Niobe Τανταλίς vocatur, ut apud Pentad., de fortuna vv. 27; 28; Nonnum, Dion. 48: 428; 456. Cfr *Burmeisterum*, de fabula, quæ de Niobe eiusque liberis agit, Vismar 1836, p. 10.

Meleager, Anthol. Pal. 16: 134: Τανταλὶ παῖ. Νιόβα.

Ovidius, Met. 6: 172 (v. p. 12).

Diodorus Siculus 4: 74 (v. p. 8).

Aphthonius, Progymnasm. 11 (Walz, Rhet. Gr. 1, p. 102): παραπλησίαν ἔχω (Niobe) τῷ τεκόντι τὴν τύχην. Ταντάλου προῆλθον, ὃς συνδιῃτᾶτο μὲν τοῖς θεοῖς. θεῶν δὲ μετὰ τὴν συνουσίαν ἐξέπιπτε. καὶ καταστᾶσα Ταντάλου βεβαιῶ τὸ γένος τοῖς ἀτυχήμασι.

Scholiastes ad Soph. Ant. 834 (v. p. 12).

Scholiastes ad Eur. Or. 4 (v. p. 14).

Pausanias 8: 2, 5: τὴν Ταντάλου Νιόβην.

Hyginus, Fab. 9 (v. p. 17).

Apollodorus, Bibl. 3: 5, 6: Νιόβην τὴν Ταντάλου.

Schol. Townl. ad Il. 24: 602: τὴν Νιόβην οἱ μὲν Πέλοπος, οἳ δὲ Ταντάλου . . . . . . οἱ δὲ δύο Νιόβας, Πέλοπος καὶ Ταντάλου.

Scholia in Aphthonii Progymn. 11: 8 (v. p. 26).

Lactantius Plac., Argum. Met. Ov. 6: 3 (v. p. 7).

Mythographus Vatic. 1: 156 (v. p. 7).

Mythographus Vatic. 1: 204 (v. p. 16).

Lactantius Plac. ad Stat. Theb. 4: 576 (v. p. 18).

Lactantius Plac. ad Stat. Theb. 4: 589 (v. p. 21).

Eustathius 1367: 20: τὴν Νιόβην οἱ μὲν Ταντάλου. οἱ δὲ Πέλοπος κατάγουσι.

Tzetzes, Chil. 4: 416 (v. p. 17).

Tzetzes, Exeg. in Il. p. 68 (v. p. 14).

Natalis Comes, Mythol. 6: 18 (v. p. 19).

Mantiss. Prov. cent. 2: 94 (v. p. 51).

* * *

Ut in prægressis igitur de Tantali patria et gente familiaque fabulas inter se contraria vidimus narrasse, ita non melius de *fortuna* concinunt. De prima tantum sorte omnes uno ore consentiunt eum divitissimum et felicissimum fuisse regem [1], qui non solum in conviviis deorum

[1] *Theiss,* De proverbio Ταντάλου τάλαντα pp. 15, 16, asseverans

accubans [1] consiliis eorum interesset sed etiam ipse epulis suis eos soleret recipere. Hæc enim narrant hi:

Hipponax, fr. 93 Bergk[4]:

Οἱ θεοὶ τὰ δεῖπνα [2] Ταντάλῳ δόντες [3].

Pindarus, Olymp. 1: 56:

Υἱὲ Ταντάλου, σὲ δ' ἀντία προτέρων φθέγξομαι,
ὁπότ' ἐκάλεσε πατὴρ τὸν εὐνομώτατον
ἐς ἔρανον φίλαν τε Σίπυλον,
ἀμοιβαῖα θεοῖσι δεῖπνα παρέχων,
τότ' Ἀγλαοτρίαιναν ἁρπάσαι
δαμέντα φρένας ἱμέρῳ χρυσέαισιν ἀν' ἵπποις
ὕπατον εὐρυτίμου ποτὶ δῶμα Διὸς μεταβᾶσαι.

ὡς δ' ἄφαντος ἔπελες, οὐδὲ 72
ματρὶ πολλὰ μαιόμενοι φῶτες ἄγαγον,
ἔννεπε κρυφᾷ τις αὐτίκα φθονερῶν γειτόνων,
ὕδατος ὅτι τε [1] πυρὶ ζέοισαν εἰς ἀκμὰν
μαχαίρᾳ τάμον κατὰ μέλη,
τραπέζαισί τ' ἀμφὶ δεύτατα κρεῶν
σέθεν διεδάσαντο καὶ φάγον.

εἰ δὲ δή τιν' ἄνδρα θνατὸν Ὀλύμπου σκοποὶ 86
ἐτίμασαν, ἦν Τάνταλος οὗτος· ἀλλὰ γὰρ καταπέψαι
μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη, κόρῳ δ' ἕλεν
ἄταν ὑπέροπλον, ἅν [5] ϝοι πατὴρ ὕπερ

neque Græcos neque Latinos aliam atque miserandam Tantali conditionem novisse falsa opinione se ductum fassus est, Nachträge p. 7.

[1] Tantalum a principio deum fuisse *Sonne,* K. Z. 10 (1861), p. 404, et *Wide,* Lakon. Kulte, Lpz. 1893, p. 216, credunt. Cuius autem rei ne vestigium quidem in fabulis relictum est.

[2] τὰ δεῖπνα dubitanter Bergk; τ' ἄποινα Putschius; τὰ λοιπά Gaisford.

[3] *Bergk, Keil* valde dubitant, num recte hic versus Hipponacti tribuatur.

[4] τε codd., Christ, Sitzungsber. der k. b. Akad. d. Wiss. zu München 1891, p. 28, Wackernagel, I(ndogerm.) F(orsch.) 1 (1892), p. 361; σε Bergk, alii.

[5] τάν codd.; ἅν Hermann, Christ, alii.

κρέμασε καρτερὸν αὐτῷ λίθον,
τὸν αἰεὶ μενοινῶν κεφαλᾶς βαλεῖν εὐφροσύνας ἀλᾶται.

ἔχει δ' ἀπάλαμον βίον τοῦτον ἐμπεδόμοχθον,
μετὰ τριῶν τέταρτον πόνον, ἀθανάτων ὅτι κλέψαις
ἁλίκεσσι συμπόταις
νέκταρ ἀμβροσίαν τε
δῶκεν, οἶσιν ἄφθιτον
θέσσαν [1].

Euripides, Or. 4:

ὁ γὰρ μακάριος, κοὐκ ὀνειδίζω τύχας,
Διὸς πεφυκώς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος
κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον
ἀέρι ποτᾶται καὶ τίνει ταύτην δίκην,
ὡς μὲν λέγουσιν, ὅτι θεοῖς, ἄνθρωπος ὤν,
κοινῆς τραπέζης ἀξίωμ' ἔχων ἴσον,
ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, αἰσχίστην νόσον [2].

Asclepiades Tragilensis, fr. 20 Mueller (v. p. 36).

Agatharchides apud Photium, Bibl. 250: 4 Migne: Ἔτι Τάνταλον τιμᾶσθαι μὲν διὰ σωφροσύνην, συνέστιον ὄντα θεοῖς, τιμωρεῖσθαι δὲ δι' ἀκολασίαν, ἐν ἀέρι φερόμενον.

Horatius, carm. 1: 28, 7:

Occidit et Pelopis genitor,conviva deorum.

Aelius Gallus in Anthol. Pal. 16: 89 Duebner εἰς Τάνταλον ἐπὶ ποτηρίου γεγλυμμένον:

Οὗτος ὁ πρὶν μακάρεσσι συνέστιος, οὗτος ὁ νηδὺν
πολλάκι νεκταρέου πλησάμενος πόματος,

[1] *Natalis Comes,* Mythol. 6: 18: Alii, inter quos fuit Tzetzes Didymusque, putarunt poenam irrogatam Tantalo, quia nectar et ambrosiam suis æqualibus impertiverit, ut ait Pindarus.

[2] *Natalis Comes,* Mythol. 6: 18: Euripides in Oreste nullo in loco ob timorem posse Tantalum consistere scribit, quum saxum illi perpetuo immineat. Quam poenam illum pati inquit ob immoderatam linguæ petulantiam et dicacitatem.

νῦν λιβάδος θνητῆς ἱμείρεται. ἡ φθονερὴ δὲ
κρᾶσις ἀεὶ χείλευς ἐστὶ ταπεινοτέρη.
„Πῖνε, λέγει τὸ τόρευμα, καὶ ὄργια μάνθανε σιγῆς·
Οἱ γλώσσῃ προπετεῖς ταῦτα κολαζόμεθα" [1].

Ovidius, Metam. 6: 173 (v. p. 12).

Diodorus Siculus, Bibl. Hist. 4: 74 (v. p. 8).

Statius, Theb. 6: 280:

Tantalus inde parens, non qui fallentibus undis
imminet aut refuga [2] sterilem rapit aera silva [3],
sed pius et magni vehitur conviva Tonantis.

Plutarchus, de exilio 17 = Moral. 607 F: τὸν Τάνταλον, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβάντα, οἱ ποιηταὶ λέγουσι ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς περιπεσεῖν διὰ τὴν-ἀφροσύνην.

Schol. Vet. ad Pind. Ol. 1: 37: λόγος τις τοῖς ἱστορικοῖς ἐπὶ τὸ μυθικώτερον πέπλασται, ὡς οἱ θεοὶ ἐπὶ Ἑστίαν ἐκάλεσαν τὸν Τάνταλον εἰς ἔρανον. ὅ ἐστι τὴν εὐωχίαν παρασκευάσαντες. ἐπειδὴ οὖν καὶ αὐτὸς ὁ Τάνταλος τῷ τοῦ ἐράνου τρόπῳ ἀντεισφέρειν τοῖς θεοῖς εὐωχίαν ἠπόρησεν, ἀσεβοῦς ἐπιχειρήματος πρόφασιν τὸ ἄπορον ἔσχε. διακόψας γὰρ τὸν Πέλοπα ἐγκαθῆκε λέβητι καὶ ἑψήσας τοῖς θεοῖς παρέθηκε [4].

Lucianus, De saltatione 54 (v. p. 6).

Hyginus, Fab. 82: Tantalus, Iovis et Plutonis filius, procreavit ex Dione Pelopem. Iuppiter Tantalo concredere sua consilia solitus erat et ad epulum deorum admittere, quæ Tantalus ad homines renuntiavit. Ob id dicitur ad

[1] *Natalis Comes,* Mythol. 6: 18: Verum Corn. Gallus poeta præstantissimus luculentis carminibus rem totam complexus fuit, quod ob immoderatam linguæ licentiam Tantalus ad inferos fuit detrusus, quod ibi perpetua fame ac siti premebatur, quod lingua est intra certos clathros viro prudenti coërcenda; quæ si tacenda patefecerit, perpetuas calamitates loquacibus parit in posterum.

[2] *refuga* cod. Puteaneus; *refugæ* ceteri.

[3] *silvæ* codd.; *silva* ci. Baehrens, Kohlmann.

[4] Cfr *Krahnerum* in Allg. Encyclop. von Ersch und Gruber v. Pelops p. 285.

inferos in aqua medii[1] fine corporis[2] stare semperque sitire et quum haustum aquæ vult sumere aqua[3] recedere. Item poma ei super caput pendent, quæ quum vult sumere, rami vento moti recedunt. Item saxum super caput eius ingens pendet, quod semper timet, ne super se ruat.

Incerti elegia de fortunæ vicissitud. v. 9:

Tantalus infelix, dicunt, conviva deorum,
nunc quoque apud manes victima sacra Iovi est.

Aphthonius, Progymn. 11 (v. p. 22).

Scholia in Aphthonii Progymn. 11: 8 (Walz, Rhet. Gr. II, p. 648): Ἡ δὲ περὶ Ταντάλου τοῦ πατρὸς αὐτῆς (Niobes) ἱστορία δήλη. ἐκεῖνός τε γὰρ συνδιαιτώμενος τοῖς θεοῖς ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν καὶ τὰ θεῖα μυστήρια ἔκφορα τοῖς ἀνθρώποις ἐποιεῖτο.

Lactantius Placidus, Argum. Met. 6: 6: Tantalus epulis Iovis quum interesset et quum vellet experiri, an futura prospiceret, invitato ad epulas Pelopem notum[4] ex filiis interemit visceraque eius reliquis dapibus immiscuit. Quo pro merito punito . . . .

Nonnus, Dionys. 18: 24:

ὑπὲρ Σιπύλου δὲ καρήνων
Τάνταλος, ὡς ἐνέπουσι, τεὸν ξείνισσε τοκῆα (Iovem),
δαιτρεύσας δ' ἑὸν υἷα θεοῖς παρέθηκεν ἐδωδήν.

Paulus Orosius, Histor. 1: 12 Migne (v. p. 47).
Mythographus Vatic. 2: 102 (v. p. 10).
Nonnus Abbas ad Greg. Naz., App. 57: 1 West. (v. p. 42).
Nonnus Abbas ad Greg. Naz. Or. c. Iulianum 2: 37 Migne = App. 73 West. (v. p. 13).
Anonymus in Verg. Aen. 6: 603 (v. p. 10).

---

[1] *media* codd.; *medii* ci. Schoppe, Nic. Heinsius.
[2] *corporis* codd.; *oris* vel *pectoris* malunt editt.
[3] *aquam* codd.; *aqua* ci. Micyllus.
[4] *notum* codd.; *nothum* editt., Krahner, Pelops p. 285.

Nicetas David in Greg., App. 57: 2 Westermann, Mythogr. Gr., Brunsw. 1843 (v. p. 42).
Mythographus Vatic. 3: 6, 21 (v. p. 10).
Suidas, v. Τάνταλος (v. p. 13).
Scholia ad Lucian. Catapl. 29 (v. p. 35).
Tzetzes, Chiliad. 5: 464, 474 (v. p. 36).
Schol. Thom. Mag.[1] ad Pind. Ol. 1: 40 Abel: Τάνταλος τιμώμενος πάνυ παρὰ θεοῖς καὶ βουλόμενος αὐτοῖς ἀνταμείψασθαι σφάττει τὸν αὐτοῦ παῖδα Πέλοπα καὶ δεῖπνον παρατίθησι τοῖς θεοῖς.
Boccatius, Gen. deorum 5: 45 (v. p. 10).
Boccatius, Gen. deor. 12: 1 (v. p. 14).
Apostolius, Cent. 7: 60 (v. p. 58).
Arsenius, Viol. p. 237 (v. p. 58).
Pseudo-Eudocia, Viol. 912, pp. 390, 391 (v. p. 13, 43).

Confidentem sibi nimium atque agris, qui duodecim dierum iter continerent, elatum[2] eum *Aeschylus* inducit testante Strabone 12: 580 (v. p. 4). Quin etiam opes ac divitiæ eius, quarum *Isocrates*[3], *Strabo*[4], *Diodorus Siculus*[5] mentionem faciunt, adeo fuerunt celebratæ[6], ut inde proverbia nascerentur. Πλοῦτός τις Ταντάλειος delectare non valet, ut ait *Plutarchus*[7], virum metus plenum. Homines avaros ab illa cupiditate, ut affirmat *Iulianus* imperator[8], liberare non potest ὁ Ταντάλου πλοῦτος. Pulcherrimam puel-

---

[1] *Krumbacher*, Gesch. der Byz. Litt., München 1891, p. 253.
[2] Cfr *Burmeisterum*, de Niobe pp. 47, 54, 55; *Starkium*, Niobe pp. 39 sqq.
[3] Or. 5: 144 Baiterus: Ἐνθυμοῦ δ', ἵνα τι καὶ τῶν ἀρχαίων εἴπωμεν, ὅτι τὸν Ταντάλου πλοῦτον . . . . οὐδεὶς ἂν οὔτε λόγων εὑρετὴς οὔτε ποιητὴς ἐπαινέσειεν.
[4] 14: 5, 28, p. 680 (v. p. 6).
[5] Bibl. Hist. 4: 74 (v. p. 8).
[6] *Theiss*, Prov. p. 15, olim affirmans Tantali opes et divitias eodem sensu atque Croesi, Midæ nusquam memorari, se errasse concedit Nachtr. p. 7.
[7] Vitios. ad infelic. 1 = Mor. 498.
[8] De Constantii imp. rebus gestis or. 2: 26.

Iam Acontius, ut exhibet *Aristænetus*[1], pluris æstimat quam τὸν Ταντάλου πλοῦτον. Socrates mavult, si *Platoni*[2] credimus, rationes sibi immobiles constare quam obtingere sibi τὰ Ταντάλου χρήματα[3]. Meretrix senes iniucundos, ut monet *Aristænetus*[4], vitare debet, etiamsi Ταντάλου θησαυροὺς offerant.

Iam vero proverbii loco τὰ Ταντάλου τάλαντα[5] vel Ταντάλου τάλαντα ταντολίζεται[6], i. e. Tantali talenta accumulat[7], apud veteres dicta esse ab his commemorantur:

---

[1] Epist. 1: 10 Hercher.

[2] Euthyphr. 11 E: ἐβουλόμην γὰρ ἄν μοι τοὺς λόγους μένειν καὶ ἀκινήτως ἱδρῦσθαι μᾶλλον ἢ πρὸς τῇ Δαιδάλου σοφίᾳ τὰ Ταντάλου χρήματα γενέσθαι.

[3] *Theiss,* Prov. pp. 9—12, Nachträge pp. 3, 4, hæc verba perverse interpretatur. "Sokrates wollte", ut ait, "mit Ταντάλου χρήματα andeuten, dass es ihm bisher mit den nicht Stand und Stich haltenden Definitionen des Euthyphron eben so ginge wie dem Tantalus, der zwar Früchte vor sich habe, sie aber nicht geniessen könne, indem sie ihm, so oft er danach griffe, verschwänden". Quam interpretationem *S(chneidewin),* G(ött.) G(elehrte) A(nzeigen) 1855, 2, p. 1478, optimo iure mihi videtur improbare.

[4] Epist. 1: 18.

[5] De hoc proverbio *C. Theiss* disputationes conscripsit, quæ "de proverbio Ταντάλου τάλαντα vel Ταντάλου τάλαντα ταντολίζεται", Nordhausen 1855, et "Nachträge zur Erklärung des griech. Sprüchworts Ταντάλου τάλαντα", Zeitz 1864, inscribuntur. Illud opus summis laudibus extollunt *Hartmann,* Ztschr. f. d. Gymnasialwesen 9 (1855) p. 841, *censor* quidam in Neue Jahrb. f. Phil. 72 (1855) p. 269, *Jordan,* Ztschr. f. d. Gymnw. 10 (1856) p. 159. In diversa tamen sententia sunt *Muenscher,* Inhalt und Erleuterung des Platon. Dialogs Euthyphro, Hersfeld 1859, p. 13, *S(chneidewin)* G. G. A. 1855, 2, pp. 1476 sqq.

[6] Hoc non verum proverbium esse sed Aristophanis aliquod feliciter inventum contendit *Schneidewin* G. G. A. 1855, 2, p. 1480.

[7] Sic convertunt viri docti, qua de re vide *Theissium,* Prov. p. 6. Ipse autem in hac disputatione ita interpretatur: παθεῖν τὰ Ταντάλου, Tantali res agere, "Tantalus-Qualen erleiden". Quam sententiam ei videntur probare et verborum etymon (p. 9) et loci, quibus exstat proverbium illud. Qui autem loci alteram sententiam exhibere videntur, spurios aut male explicatos censet (p. 9): Zenobium primum non satis diligenter alienam significationem excogitasse, quo ex uno eodemque quasi fonte omnes ceteros hausisse (pp. 8, 13). Quod tamen ad etymon atti-

Anacreon[1] testante Photio p. 570: 12 Porson, exscripto ab Apostolio, Cent. 16: 16, et ab Arsenio, Viol. p. 443, quorum verba hæc sunt:

Τὰ Ταντάλου τάλαντα[2]: πλούσιος ὁ Φρὺξ Τάνταλος διαβεβόητο, Πλουτοῦς καὶ Διὸς λεγόμενος. κέχρηται δὲ τῇ παροιμίᾳ καὶ Ἀνακρέων ἐν τρίτῃ. γέγονε δὲ παρὰ τὸ ὄνομα τάλαντα. ὡς καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ εἴρηται: Ταντάλου τάλαντα ταντολίζεται.

Aristophanes[3] testante Photio p. 570: 12, exscripto

---

net, mea quidem sententia etiam e secundaria vocis vi et potestate significatio deduci potest ("wiegen"). Atque de Zenobii invento Theissio ipsi, Nachtr. pp. 6, 12, concederet necesse fuit ante Zenobium hanc significationem exstitisse. Quare sententiam mutans demonstrare conatur hoc proverbium et "res Tantali agere", ut apud Platonem, Plutarchum, et "Tantali talenta accumulare", ut apud Menandrum, Sopatrum, significare posse. Infirmissima autem argumenta affert. Nam si apud eundem poetam Tantalus modo felicissimus modo miserrimus narratur (p. 12) haud secus quam in ipsa fabula, si deinde Polygnotus in pictura sua duas fabulas coniungit (p. 12), quarum tamen utraque miserandæ Tantali conditionis admonet, si denique τάλαντον et τὸ σταθμικὸν ὄργανον et τὸ σταθμώμενον πρᾶγμα exprimit (p. 12), qua ex utraque significatione sensum deducere non opus est, necessario non sequitur, ut in hoc proverbio duplex vis insit. Contra proverbia ambigua esse non solent. Atque quum Theissio non contigerit, ut apud Platonem (cfr p. 28) Plutarchum (cfr p. 30) significationem suam inculcaret, quid est causæ, cur de sententia antiquorum decedamus?

[1] Fragm. 127 Bergk^{4}.

[2] Hoc proverbium ita formatum Anacreontem usurpasse e Photii verbis recte concludit *Nitka,* de Tantali nominis verborumque cognatorum origine et significatu, Königsberg 1846, p. 9, id quod editores effugit. *Theiss,* Prov. p. 10, Nachtr. p. 4, negat vulgarem interpretationem rectam esse. Nam etiamsi homines posterioris ætatis his verbis hanc sententiam subiecissent, non opus fuisse ante mentem Anacreontis divitias versari. Sed quum apud Anacreontem hæc tantum verba legantur neque e ceteris, ut supra ostendimus, alia sententia extorqueri possit, melius mihi videtur in antiquorum opinione remanere.

[3] *Comico anonymo* hæc Meineke 4, p. 660, fr. 234, Kock 3, p. 516, fr. 602 tribuunt, Nitka, Tantali nom. p. 9, Theiss, Nachtr. p. 12, Dindorf, Poet. Scen. Gr. 4^{5}, p. 230, fr. 711 *Aristophani,* Bernhardius teste Leutschio, Paroemiogr. Gr. 2, Gött. 1851, p. 660, *Menandro.*

ab Apostolio, Cent. 16: 16, et ab Arsenio, Viol. p. 443 (v. p. 29).

Menander, Gubernator. fr. 1, v. 6 Meineke (4, p. 156 = Kock 3, p. 85, fr. 301) Stobæo teste Flor. 22, p. 188:

τὰ Ταντάλου τάλαντ' ἐκεῖνα λεγόμενα [1].

Sopater apud Athenæum 6: 230 e:

Σώπατρος δ' ὁ παρῳδὸς ἐν δράματι Φακῇ: ὁ Ταντάλου μαλακὸς ταλάντοις ἐκτανταλωθεὶς [2] ἀνήρ [3].

Plutarchus, Amat. 16 = Mor. 759 F:

τῶν Ταντάλου λεγομένων ταλάντων [4].

Zenobius, Cent. 6: 4: Τάλαντα Ταντάλου: διεβεβόητο ὁ Τάνταλος ἐπὶ πλούτῳ, ὡς καὶ εἰς παροιμίαν διαδοθῆναι. διπλῆν δὲ συμβέβηκεν εἶναι τὴν παροιμίαν, καὶ τὴν μὲν: Ταντάλου τάλαντα ταντάλιζεται, τὴν δὲ: Ταντάλου τάλαντα.

Diogenianus, Cent. 8: 23: Ταντάλου τάλαντον: διαβόητος ἐπὶ πλούτῳ.

Libanius, Ep. 754 Wolf: Ταῦτά μοι μείζω τῶν Ταντάλου ταλάντων.

Suidas: Ταντάλου τάλαντα ταντάλιζεται: διεβεβόητο ὁ Τάνταλος ἐπὶ πλούτῳ, ὡς καὶ εἰς παροιμίαν δοθῆναι.

Eustathius 1701: 6: παροιμία δέ φασιν ἴσως ἐκεῖθεν τὸ Ταντάλου τάλαντα, ἐπεὶ πλούσιός ποτε ἦν. ὡς δηλοῖ, φασί, Φιλήμων εἰπών· Κροίσῳ λαλῶ σοι καὶ Μίδᾳ καὶ Ταντάλῳ [5], ἢ καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ ὀνόματος φασὶν ὁμοιότητος. λέγουσι δὲ οἱ τοι-

[1] *Theiss*, quamquam, Prov. p. 10, dicit hæc verba hiulca esse nec apte cum prioribus cohærere, tamen, Nachtr. p. 5, concedit ea ad divitias Tantali spectare.

[2] Eustath. 1701: 4: Ταλάντοις ἐκτανταλωθεὶς παρὰ Σωπάτρῳ = ἐκ πλούτου κατασεσεισμένος εἰς νοῦν.

[3] Etiam *Theiss*, Nachtr. p. 6, concedit hunc locum ad Tantali opes pertinere.

[4] Quo iure *Theiss*, Prov. p. 10, Nachtr. p. 6, de divitiis h. l. esse cogitandum neget, intellegere non possum. Neque Plutarchus ipse, Mor. 498 (v. p. 27), ab hoc sensu discedit.

[5] Fragm. 94 Dindorf; fr. 94 Meineke 4: 61; Kock 2, p. 530, fr. 189.

οὗτοι ὀνόματος ὁμοιότητα τὴν ὡσανεὶ παρήχησιν τοῦ Ταντάλου καὶ τοῦ ταλάντου.

Gregorius Cyprius, Cent. 3: 73: Ταντάλου τάλαντα: ἐπὶ τῶν σφόδρα πλουσίων.

Macarius, Cent. 8: 1: Τὰ Ταντάλου τάλαντα: ἐπὶ τῶν σφόδρα πλουσίων.

Mantiss. Prov. Cent. 2: 93: Τὰ Ταντάλου τάλαντα ταντάλιζεται: ἐπὶ πλούτῳ.

* * *

Atque quemadmodum de hac sorte fabulæ concinunt, sic omnes in eo consentiunt, ut dicant Tantalum, quum tantam, quanta ipsi esset concessa, fortunam ferre non posset, culpam contraxisse et prospera fortuna privatum esse atque tantum abfuisse, ut amplius mortalium maxime invidendus esset, ut contra miserrimus fieret. Sed de ipso modo, quo scelus commiserit, inter eas ne minima quidem consensio est haud secus quam de poena atque de loco, ubi poenas subierit.

Ut primum *culpam* Tantali in quæstionem vocemus, quid erat hoc tam immane scelus, quod commisit cuiusque maximas poenas dedit? Alii auctores aliter respondent. Quorum nonnulli magis universe loquuntur. *Isocrates* [1] κακίαν hoc facinus appellat, *poeta Romanus*, a Cicerone [2] laudatus, scelera animique impotentiam et superbiloquentiam,

[1] Or. 1: 50 (v. p. 11).

[2] Tusc. 4, 16, 35: Cui miseriæ proximus est is, qui appropinquans aliquod malum metuit exanimatusque pendet animi. Quam vim mali significantes poëtæ impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt

ób scelera animique ímpotentiam ét superbiloquéntiam.

Cfr *Nat. Com.*, Mythol. 6: 18: Alii putarunt lapidem illius capiti imminere, qui quoties bibere conaretur, toties illius caput percuteret. Atque saxum Tantali supplicium ita esse scripsit Cic. lib. 4 Tusc.

Lucilius[1] facta nefanda, *Plutarchus*[2] ἀφροσύνην, *Himerius*[3] τόλμαν. *Lactantius Placidus*[4] quidem eum deos violasse vel contra eos peccavisse scribit.

Quorum nemo nisi poeta a Cicerone laudatus scelus singulare in animo habuisse videtur, quod etiam in fabulis reperitur. Nam de *superbiloquentia*, quæ, nonnumquam ἀκολασία, sæpissime φλυαρία græce vocata, eiusmodi erat, ut quæ deorum tantummodo auribus liceret percipere garriret sive, ut aliis verbis utar, sermones deorum evulgaret, hi mentionem faciunt:

Euripides, Orest. v. 10 (v. p. 24).

Agatharchides apud Photium 250: 4 (v. p. 24).

Nicolaus Damascenus comicus[5] apud Stobæum, Floril. 14, p. 148[6]:

Τὸ τῶν παρασίτων, ἄνδρες, ἐξεῦρεν γένος
Διὸς πεφυκώς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος.
Οὐ δυνάμενος δὲ τῇ τέχνῃ χρῆσθαι καλῶς
ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, εἶτ' ἀκουσίῳ[7]
δίφρῳ[8] περιπεσὼν δυναμένῳ λιμὸν ποιεῖν
ἀπὸ τῆς τραπέζης ἐξαπίνης ἀπεστράφη[9].
ἄφνω δὲ πληγεὶς[10] εἰς μέσην τὴν γαστέρα

[1] 3: 45 Mueller; 3: 110 Baehrens, serv. apud Nonium Marcellum, lib. 8 de mut. decl. (489: 13): Tantalus, qui poenas ob facta nefantia pendit.

[2] De exilio 17 = Moral. 607 F (v. p. 25).

[3] Eclog. 3: 11: ἄνθρωπος τὴν τόλμαν ὑπὲρ τὸν Τάνταλον.

[4] Ad Stat. Theb. 6: 280: Regali habitu et in meliore fortuna (Tantalus), id est, qualis fuerat antequam deos offenderet.

[5] Num re vera Nicolaus hæc scripserit, vide *Meinekium*, Fr. Com. Gr. 1, p. 496.

[6] Nicolaus verba Euripidis (Or. 4) ad ridiculum convertit.

[7] ἀκουσίως vel ἀκούσιος ci. *Meineke*, Fragm. Com. Gr. 4, p. 580.

[8] δείπνῳ ci. *Orelli*. *Welcker*, Rh. Mus. 10 (1856), p. 244, interpretatur ἀκουσίῳ δίφρῳ solio ingrato.

[9] In versibus quinto, sexto *Kock*, Com. Attic. Fr. 3, p. 383 multa et transponit et alio modo corrigere conatur.

[10] πληγέντ' ci. *Orelli*.

ἔδοξεν[1] αὐτῷ γεγονέναι τἄνω κάτω
Σίπυλόν τε τοῦτον ἀνατετράφθαι τὸν τρόπον.
καὶ μάλα δικαίως. Φρὺξ γὰρ ὢν οὐχ ἱκανὸς ἦν
τὴν τοῦ τρέφοντος εὖ φέρειν παρρησίαν.

Ovidius, Amor. 2: 2, 43:

Quærit aquas in aquis et poma fugacia captat
Tantalus. Hoc illi garrula lingua dedit[2].

Ovidius, Amor. 3: 7, 48:

Quo mihi fortunæ tantum? Quo regna sine usu?
Quid, nisi possedi dives avarus opes?
Sic aret mediis taciti vulgator in undis
pomaque, quæ nullo tempore tangat, habet.

Ovidius, Ars am. 2: 604:

At contra gravis est culpa tacenda loqui.
O bene, quod frustra captatis arbore pomis
garrulus in media Tantalus aret aqua!

Ovidius, Met. 6: 213:

exhibuit linguam scelerata (Niobe) paternam.

Aelius Gallus in Anthol. Pal. 16: 89 (v. p. 25).
Antipater Sidonius in Anthol. Pal. 16: 131, 9:

Τάνταλε, καὶ δὲ σὲ γλῶσσα διώλεσε καὶ σέο κούραν·
χὰ μὲν ἐπετρώθη, σοὶ δ' ἔπι δεῖμα λίθος.

Seneca, Thyest. 90:

Tantalus: Magne divorum parens,
nosterque, quamvis pudeat, ingenti licet

[1] λέγουσιν legit *Kock*: "cum ἔδοξεν accus. cas. coniungi nullo modo potest." Sed invenitur tamen etiam τὸ Σίπυλον [neutr. gen.; cfr Eustath. 1367: 55; 1701: 16; schol. Pind. Tricl. Ol. 1: 62; v. p. 5], ut mutatione non sit opus.

[2] *Natalis Comes*, Myth. 6: 18: Atque Ovidius illud supplicium Tantalo irrogatum inquit ob loquacitatem, quia secreta deorum mortalibus divulgaverit.

taxata poena lingua crucietur loquax,
nec hoc tacebo.

Diodorus Siculus, Bibl. Hist. 4: 74 (v. p. 8).

Statius, Theb. 1: 246:

neque enim arcano de pectore fallax
Tantalus et sævæ periit iniuria mensæ.

Martialis 10: 5, 16:

Nunc inter undas garruli senis siccus.

Schol. Vet. ad Pind. Ol. 1: 97 (v. p. 45).

Scholiastes ad Eur. Or. 7 (v. p. 53).

Scholiastes ad Eur. Or. 10 Schwartz: ἐπὶ ἀκολάστῳ τινὶ λόγῳ φασὶν αὐτὸν κολάζεσθαι. εἰ γὰρ μετέδωκε τῆς ἀμβροσίας κατὰ τὸν Πίνδαρον τοῖς βροτοῖς, μᾶλλον ἂν τῆς φιλανθρωπίας παρὰ θεῶν ἐθαυμάζετο.

Lucianus, de salt. 54 (v. p. 6).

Hyginus, Fab. 82 (v. p. 25).

Apollodorus, Epitom. 7 Wagner (v. p. 78).

Philostratus, Vit. Apollon. 3: 25: πλὴν ἀλλ' ἡγεῖσθαι χρὴ τὸν Τάνταλον μὴ τῇ γλώττῃ ἐφέντα, κοινωνήσαντα δ' ἀνθρώποις τοῦ νέκταρος ὑπὸ τῶν ποιητῶν ἐλαύνεσθαι, θεοῖς δὲ μὴ διαβεβλῆσθαι αὐτόν. οὐ γὰρ ἄν, εἰ θεοῖς ἀπήχθετο, κριθῆναί ποθ' ὑπὸ τῶν Ἰνδῶν ἀγαθὸν θεοφιλεστάτων ὄντων καὶ μηδὲν ἔξω τοῦ θείου πραττόντων.

Libanius, decl. 3 Achill.: Τάνταλος ἐξειπὼν τὰ ἀπόρρητα καὶ τεθνεὼς κολάζεται.

Claudianus, in Rufinum 2: 513:

Quid tale .... lingua Tantalus egit?

Lactantius Placidus ad Stat. Theb. 1: 246: arcano] ... propter Tantali scelus, qui decipere se credidit deos, quando epulandum his apposuit filium, vel quod epulando cum diis secreta eorum mortalibus prodidit. Ob quod facinus dignas apud inferos poenas solvit.

Fallax] quia deorum prodebat consilia.

Lactantius Placidus ad Stat. Theb. 8: 51: Tantalus Iovis consilia mortalibus prodidit, in deorum audita concilio.

Nonnus Abbas ad Greg. Naz. Or. c. Iulian. 2: 37 Migne (v. p. 78).

Theophylactus Simocattes, ep. 67: ἐντεῦθεν καὶ Τάνταλος ἐκολάζετο· περὶ τὰ θεῖα γὰρ ἔσχε τὴν γλῶτταν ἀκόλαστον.

Suidas, v. Τάνταλος (v. p. 78).

Schol. ad Luciani Cataplus 29 = Iacobitz 4, p. 110 (v. p. 74).

Schol. codicis Laur. 57, 51 ad Luciani Dial. Mort. 17 (v. p. 79).

Scholia. in Aphthonii Progymn. 11: 8 (v. p. 26).

Eustathius 1700: 52: Λέγεται τὰ εἰρημένα πάσχειν ὁ Τάνταλος, ἐπειδὴ συνὼν θεοῖς τῶν ἀπορρήτων μετέδωκε τοῖς ὁμήλιξι καὶ οὐ μόνον μυστηρίων τῶν ἐν λόγοις ἀλλὰ καὶ ἀμβροσίας καὶ νέκταρος. τοιαῦτα δ' ἂν λέγοιτο πάσχειν καὶ ἅπας ἢ φαντασιοκόπος ὢν καὶ ἐλπίσι κεναῖς ἐφ' οἷς οὐ χρὴ βοσκόμενος ἢ μοχθῶν μὲν ἐπὶ χρησταῖς ἐλπίσι καὶ καραδοκίᾳ κέρδους τινὸς καὶ μᾶλλον ἀγροτικώτερον εἶτα ἐκπίπτων αὐτῶν ὅτε πρὸς τοῖς ἐλπιζομένοις γένηται καὶ πρὸ χειρῶν ἔχει τὸ ἀγαθόν. καὶ ὁ Τάνταλος δὲ τοιοῦτός τις ἂν δόξειεν εἶναι πρὸς οὐδέν τι τέλος χρηστὸν ἀεὶ ἐλπιδοκοπούμενος. τῶν δέ γε πλασμένων ᾐωρῆσθαι αὐτὸν οὐρανοῦ μέσον καὶ γῆς οἱ μὲν αἰτίαν τῆς κολάσεως εἶπον καὶ αὐτοὶ τὴν προσεχῶς ῥηθεῖσαν καὶ μάλιστα τὴν ἀκόλαστον γλῶσσαν, διὸ καὶ μέσος κρέμαται τῶν τε ἄνω ἀποστὰς περὶ οὓς ἠδίκησε, καὶ μηδὲ τοῖς κάτω συνὼν οὓς φιλεῖν ἔδοξεν, ὡς ἂν ἐπίσης καὶ ἀμφοτέρων στέροιτο.

Schol. Thom. Mag. ad Pind. Ol. 1: 91 Abel (v. p. 47).

Apostolius, Cent. 7: 60 (v. p. 58).

Arsenius, Viol. p. 237 (v. p. 58).

Pseudo-Eudocia 912, p. 390 (v. p. 79).

Sed causam, cur supplicio afficeretur, hanc fuisse, quod, quum in deorum coetu et concilio quotidie versaretur, magna illa et insolita liberalitate et benevolentia male usus *ambrosiam nectarque* furto surripuisset æqualibusque atque *amicis* suis *impertivisset,* hi narrant:

Pindarus, Ol. 1: 96 (v. p. 24).

Aeschylus, frgm. 157 Wecklein, 155 Dindorf, 154 Nauck, apud Plutarch. de exil. 10, p. 603 A:

Tantalus: Οὐμὸς δὲ πότμος[1] οὐρανῷ κυρῶν[2] ἄνω
ἔραζε πίπτει καί με προσφωνεῖ τάδε·
γίγνωσκε τἀνθρώπεια μὴ σέβειν ἄγαν[3].

Asclepiades Tragilensis, fr. 20 Mueller, teste scholiasta ad Od. 11: 582:

Τάνταλος Διὸς καὶ Πλουτοῦς συνδιατρίβων τοῖς θεοῖς καὶ συνεστιώμενος αὐτοῖς ἀπλήστως διετέθη. κλέψας γὰρ τὸ νέκταρ καὶ τὴν ἀμβροσίαν, οὐκ ἐξὸν αὐτῷ, ἔδωκε τοῖς ὁμήλιξιν. ἐφ' οἷς ἀγανακτήσαντα τὸν Δία ἐκβαλεῖν αὐτὸν τῆς ἐν οὐρανῷ διαίτης καὶ ἐξαρτῆσαι ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ ἐκδεδεμένον τῶν χειρῶν καὶ τὴν Σίπυλον, ἔνθα ἐκεκήδεστο, ἀνατρέψαι. ἡ ἱστορία παρὰ Ἀσκληπιάδῃ.

Didymus testante Nat. Com.[4] Mythol. 6: 18 (v. p. 24).
Schol. ad Eur. Or. 10[5] (v. p. 34).
Apollodorus, Epitom. 7 (v. p. 78).
Philostratus, Vit. Apoll. 3: 25 (v. p. 34).
Nonnus, Dion. 1: 145 (v. p. 13).
Nonnus, Dion. 18: 31:

ἀλλὰ τί σοι . . . . Τάνταλον ἠεροφοίτην
νεκταρέων ὀνόμηνα δολόφρονα φῶρα κυπέλλων; 33

Eustathius 1700: 52 (v. p. 35).
Tzetzes, Chil. 5: 465 (v. p. 113).

Quæ utraque fabula, quamquam *Scholiasta Euripidis*[6] diligentissime alteram ab altera discernit, tamen apud po-

[1] θυμὸς δέ ποθ' ἁμός codd.; οὐμὸς δὲ πότμος Porson.

[2] χρίμπτων putat *Wecklein*.

[3] Verba Aeschyli etiam ad fabulam nuper commemoratam spectare possunt. Quod quum Asclepiades Tragilensis, qui fabulas tragicorum in unum contulit, hanc reddat, credibile sane est etiam Aeschylum eam secutum esse.

[4] Sed tamen *Didymus*, si Georg. Syncello, Malalæ credimus, aliud crimen refert. Vide p. 48.

[5] Hic scholiasta, sententiam Euripidis defendens, magnopere contra hanc opinionem pugnat.

[6] Ad Or. 10 (v. p. 34).

steriores in unum confunditur, quæ confusio facile admissa est, quod utraque *Tantalum maximum hominum amicum*[1] fuisse satis testatur. Quare Iarchas, Indus sapientissimus, poetis Græcorum obiicit, quod Tantalum, qui probus honestusque amicos a diis sibi datæ immortalitatis participasset, a cælestibus, quibus usque minime invisus esset, diris cruciatibus afflictum induxerint[2]. Iam vero, quoniam omnium hominum visus est amicitiæ studiosissimus atque benevolentia eius erga mortales celebrabatur, et amicitiæ causa ab Indis potio, ἡ Ταντάλου φιλοτησία nominata, instituta est[3] et aqua, qua ad sapientiam parandam philosophi initiabantur atque per quam iurabant, Tantali nomine est denotata[4].

Aliud autem crimen, quo etiam eum familiariter cum

[1] Credibile est *Tzetzen* ex hac re opinionem suam mente concepisse. Vide p. 113.

[2] *Philostratus* enim in Vit. Apoll. 3: 25, 2, p. 115 hæc fabulatur: τὸν δ' αὖ Τάνταλον, ἐπειδὴ χρηστός τ' ἦν καὶ τοῖς φίλοις τῆς ὑπαρχούσης αὐτῷ παρὰ τῶν θεῶν ἀθανασίας μετεδίδου, ποτοῦ τ' εἴργουσι (sapientissimi Græcorum poetæ) καὶ σίτου. εἰσὶ δ' οἳ καὶ λίθους αὐτῷ ἐπικρεμάσαντες δεινὰ ἐφυβρίζουσι θείῳ τε κἀγαθῷ ἀνδρί, οὓς ἐβουλόμην ἂν μᾶλλον λίμνην αὐτῷ περιβλῦσαι νέκταρος, ἐπειδὴ φιλανθρώπως αὐτοῦ καὶ ἀφθόνως προὔπινε.

[3] *Apollonius Tyanæus*, ep. 108 Hercher: εἰ μὴ μάτην ἔπιον τοῦ Ταντάλου; *Philostratus*, Vit. Apoll. 3: 32, 2 p. 122: καὶ ἅμ' ἐξῆρχε τοῖς συμπόταις πρῶτος ἐς τὴν φιάλην κύπτων, ἡ δ' ἐπότιζεν ἱκανῶς πάντας. τὸ γὰρ νᾶμα ἀφθόνως ἐπεδίδου καθάπερ δὴ τοῖς πηγαίοις ἀναδιδομένοις. ἔπιέ τε καὶ ὁ Ἀπολλώνιος. ὑπὲρ γὰρ φιλότητος Ἰνδοῖς τὸ ποτὸν τοῦθ' εὕρηται, ποιοῦνται δ' αὐτοῦ οἰνοχόον Τάνταλον, ἐπειδὴ φιλικώτατος ἀνθρώπων ἔδοξεν; Cfr 3: 51; 7: 14, 7; *Eustathius* 1701: 13: ὅτι δὲ καὶ φιλικώτατος ἀνθρώπων ἦν Τάνταλος ὁ Φιλόστρατος ἱστορεῖ, ἐξ οὗ καὶ παροιμιωδῶς, φησὶν, εἴρηται τὸ ἡ Ταντάλου φιλοτησία πινέσθω. ἦν δὲ αὕτη παρ' Ἰνδοῖς πόσις. φασὶ δὲ καὶ ὑπὲρ φιλότητος τὸ ποτὸν τοῦτο εὑρῆσθαι τοῖς Ἰνδοῖς καὶ ποιοῦνται αὐτοῦ οἰνοχόον Τάνταλον, ὡς δηλαδὴ καὶ ἐκείνου οὕτως ὁσιουμένου τὸ φιλοτήσιον ἢ ἐν τῷ παρὰ θεοῖς εἶναι ἢ ἐν τῷ κατ' ἀνθρώπους βίῳ.

[4] *Apollonius Tyanæus*, ep. 78: οὐ μὰ τὸ Ταντάλειον ὕδωρ, οὔ με ἐμυήσατε; *Hieronymus*, Ep. 53: 1 Migne: Apollonius pervenit ad Brachmanas. Ut Iarcham de Tantali fonte potantem de natura audiret docentem . . . .

diis vixisse apparet, est *mactatio Pelopis*. Quæ fabula narrat eum Pelopem filium dissectum[1] in convivio pro legitimo cibo diis fallendi consilio apposuisse, ut hi tradunt:

Pindarus, Ol. 1: 72 (v. p. 23).

Euripides, Iphig. Taur. 386:

ἐγὼ μὲν οὖν
τὰ Ταντάλου θεοῖσιν ἑστιάματα
ἄπιστα κρίνω, παιδὸς ἡσθῆναι βορᾷ.

Euripides, Helen. 388:

Menelaus: ὦ . . . . Πέλοψ . . .
εἴθ' ὤφελες τόθ', ἡνίκ' ἔρανον ἐς θεοὺς
σφαγεὶς[2] ἐποίεις[3], ἐν θεοῖς λιπεῖν βίον[4].

Lycophron, Alexandr. 53:

Ταντάλου . . . . πυρὸς
παιδὸς (Pelopis) καταβρωθέντος αἰθάλῳ δέμας[5].

Tibullus 1: 4, 63:

carmina ni sint,
ex humero Pelopis non nituisset ebur.

Ovidius, Ib. 432:

Tantalides tu sis Tereidesque puer.

Seneca, Agam. 19 (v. p. 68).

Seneca, Thyest. 62:

---

[1] *Voelckero*, Mythol. des Iap. Geschl. pp. 352, 353, dicenti homines non intellegentes Cererem Pelopem crudum, ὠμόν, edisse de humero, ὤμῳ, perperam cogitasse, unde illum de scapula consumpta locum esse natum, non contigit, ut mihi auctores pervolutanti persuadere posset.

[2] πεισθεὶς codd.; πρισθεὶς Stephens, Canter, Tafel, Diluc. Pind. p. 27, alii; δαισθεὶς mavult Paley; σφαγεὶς conieci. An melius sit πατὴρ ἐποίει?

[3] Verba ἡνίκ'—ἐποίεις spuria nonnullis editoribus videntur.

[4] Hermann ex his duobus versibus tres faciens multa mutat.

[5] Cfr *v. Holzingerum*, Lykophrons Alexandra, Lpz. 1895, p. 174.

Furia: Non novi sceleris tibi
conviva venies[1]. Liberum dedimus diem
tuamque ad istas solvimus mensas famem.
— — — — — — — Inveni dapes,
quas ipse fugeres. Siste! Quo præceps ruis?

Tant.: Ad stagna et amnes et[2] recedentes aquas
labrisque ab ipsis arboris plenæ fugas.
Abire in atrum carceris liceat mei
cubile.

Seneca, Thyest. 144:

Exceptus gladio parvulus impio
dum currit patrium natus ad osculum,
immatura focis victima concidit
divisusque tua est, Tantale, dextera,
mensas ut strueres hospitibus deis.
Hos æterna fames persequitur cibos,
hos æterna sitis. Nec dapibus feris
decerni potuit poena decentior.
Stat lassus[3] vacuo gutture Tantalus.
Impendet capiti plurima noxio
Phineis avibus præda fugacior.
Hinc illinc gravidis frondibus incubat
et curvata suis fetibus ac tremens
alludit patulis arbor hiatibus.
Hæc quamvis avidus nec patiens moræ
deceptus totiens tangere neglegit
obliquatque oculos oraque comprimit
inclusamque[4] famem dentibus alligat.
Sed tunc divitias omne nemus suas

---

[1] I. e. Tantalus, ad aras ductus, ad quas immolati sunt Thyestæ liberi.

[2] *manes et* codd. meliores; *amnes et* codd. deteriores; *amnis ad* ci. Peiper et Richter.

[3] *lassus* codd. meliores; *lusus* codd. deteriores.

[4] *inclusisque* codd.; *inclusamque* ci. Bentley, N. Jahrbb. f. Phil. und Päd. 125 (1882), p. 483.

demittit propius pomaque desuper
insultant foliis mitia languidis
accenduntque famem, quæ iubet irritas
exercere manus. Has ubi protulit
et falli libuit, totus in arduum
autumnus rapitur silvaque mobilis.
Instat deinde sitis non levior fame,
qua quum percaluit sanguis et igneis
exarsit facibus, stat miser obvios [1]
fluctus ore petens [2], quos profugus latex
avertit sterili deficiens vado
conantemque sequi deserit. Hic bibit
altum de rapido gurgite pulverem.

Statius, Theb. 1: 247 (v. p. 34).
Statius, Theb. 4: 590:

truncatusque Pelops.

Statius, Theb. 11: 127:

Sat funera mensæ [3]
Tantaleæ [4] . . . vidisse . . .

Acron ad Hor. carm. 1: 28, 7: occidit et Pelopis genitor:

Tantalus, Pelopis pater, epularum scelere.

Conviva deorum: a quibus pro funestis filii dapibus poena perculsus est.

Schol. Vet. ad Pind. Ol. 1: 37 (v. p. 25).

Lucianus, de salt. 54 (v. p. 6).

Aristides 22: 272 Dind.: οἶσθ' ὅτι φασὶν οἱ ποιηταὶ τὸν Πέλοπα κατὰ μέλη τμηθέντα ἑψηθέντα ἐν λέβητι συντεθῆναι πάλιν.

Tatianus, Or. ad Græcos c. 25, p. 27 Schwartz, Lpz. 1888: παρ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν ἀνθρωποφαγία. παρ' ὑμῖν δὲ Πέλοψ δεῖπνον τῶν θεῶν γίνεται.

[1] *obvio* ci. *Bentley*, N. Jahrbb. f. Phil. und Päd. 125 (1882), p. 483.
[2] *petens* codd. meliores; *vocans* codd. deteriores.
[3] *mensis* cod. Puteaneus.
[4] *Tantalei* cod. Puteaneus.

Hyginus, Fab. 83: Pelops, Tantali et Diones, Atlantis filiæ, filius, quum esset in epulis deorum a Tantalo cæsus . . . . .

Apollodorus, Epit. 9: ὅτι Πέλοψ σφαγεὶς ἐν τῷ τῶν θεῶν ἐράνῳ καὶ καθεψηθεὶς . . . .

Libanius, Ep. 607: χαριέστερον γὰρ ἀποδοθῆναι τῷ Ταντάλῳ τὸν υἱὸν (Pelopem) ἢ οἷος ἦν, ὅτε εἰς δεῖπνον τοῖς θεοῖς κατετέμνετο.

Iulius Firmicus Maternus, de errore profan. relig. 12: 6 Halm: Quatenus ius lædatur hospitii vel quatenus amicitiæ iura turbentur vel quatenus mensæ conciliatio sancta violetur, si qui ad iniuriam pronus quærit, ecce [1] ordinem scelerum de Tantali casibus discat.

Lactantius Placidus, Argum. Met. 6: 6 (v. p. 26).

Gregorius Nazianzenus, Or. 39: 5 Migne: ποῦ δὲ θήσεις τὴν Πέλοπος κρεουργίαν, πεινῶντας θεοὺς ἑστιῶσαν, καὶ φιλοξενίαν πικρὰν καὶ ἀπάνθρωπον;

Servius in Verg. Georg. 3: 7: Tantalus, pater Pelopis, volens deorum temptare divinitatem, invitatis filium suum epulandum apposuit. Postea punito Tantalo . . . .

Nonnus, Dionys. 18: 26 (v. p. 26).

Paulus Orosius, Histor. 1: 12 (v. p. 47).

Mythographus Vat. 1: 12: Tantalus, pater Pelopis, gigas [2], volens temptare divinitatem deorum, Pelopem filium suum eis epulandum apposuit. Unde pro hac feritate damnatus est, ut in Eridano stans flumine siti pereat fameque laborans poma, quæ sunt in præfati fluminis ripa, videat nec contingat. Postea punito Tantalo . . . .

Mythographus Vat. 2: 102 (v. p. 10).

Lactantius Placidus ad Stat. Theb. 1: 230: propter

[1] *esse* codd.; *ecce* Bursian, Halm.
[2] Quoniam hic mythographus quum alium fere nullum ac Servium alioquin sequitur (Teuffel-Schwabe[5] p. 72) tum hoc præsertim loco eum pæne ad verbum laudat (cfr supra Serv. in Verg. Georg. 3: 7), Servius autem de gigante nihil loquitur, credibile fit mythographum illum hoc sua sponte confinxisse. Cfr tamen p. 104.

Tantalum, qui volens deorum mentes inquirere Pelopem filium suum diis posuit epulandum.

Lactantius Placidus ad Stat. Theb. 1: 246 (v. p. 34).

Lactantius Placidus ad Stat. Theb. 11: 127: dicit Iuppiter adhuc sibi Tantali horrere convivium, in quo Pelopem prædictus pater numinibus apposuit epulandum.

Nonnus Abbas ad Gregorii Naz. c. Iul. Or. 1: 4 Migne = Appendix 57: 1 Westermann: Τάνταλος Φρυγίας ἦν βασιλεύς. οὗτος γεννᾷ τὸν Πέλοπα. τούτῳ τῷ Ταντάλῳ ποτὲ οἱ θεοὶ ἐπεξενώθησαν. λαβὼν οὖν τὸν Πέλοπα τὸν ἴδιον υἱὸν ὁ Τάνταλος κατασφάττει καὶ κρεουργεῖ καὶ ἕψει καὶ παρατίθησιν εὐωχίαν τοῖς θεοῖς . . . . . θεοὶ ἐλεήσαντες τὸν Τάνταλον καὶ θαυμάσαντες, ὅτι τοῦ παιδὸς αὐτοῦ κατεφρόνησε, . . . ἀποτελοῦσι σῶον τὸν Πέλοπα.

Anonymus in Verg. Aen. 6: 603 (v. p. 10).

Scholia Bernensia ad Verg. Georg. 3: 7: Tantalus, filius Iovis, pater Pelopis, volens deorum temptare divinitatem diis convivium fecit et deficientibus epulis membra filii supposuit . . . . et inde Tantalus apud inferos poenas luit.

Nicetas David in Greg. Or. in sanct. lum. apud Westerm. Append. 57: 2:

Τάνταλος ὁ τοῦ Διὸς λέγεται ξενίσαι ποτὲ τοὺς θεοὺς καὶ θῦσαι τὸν υἱὸν Πέλοπα καὶ ἑψήσας παραθεῖναι αὐτοῖς, τοὺς δὲ θαυμάσαντας τὴν φιλοξενίαν . . . ἀναζωῶσαι τὸν Πέλοπα.

Mythographus Vat. 3: 6, 21 (v. p. 10).

Tzetzes in Lycophr. Alex. 152 (v. p. 114).

Schol. Thom. Mag. ad Pind. Ol. 1: 40 (v. p. 27)[1].

[1] *Boccatius,* Gen. deorum 12: 1 (v. p. 75); *Natalis Comes,* Mythol. 6: 18: Tantalus, quem apud inferos torqueri modo timore impendentis saxi modo rerum victui necessariarum penuria dixerunt, impurus et acceptorum beneficiorum immemor fuit . . . . . Fuerunt, qui dixerint deos aliquando in hospitium ab hoc fuisse acceptos, qui quum lautum convivium illis parasset, Pelopem filium cæsum inter ceteras epulas apposuit; ut alii arbitrantur, quod illum immolarat ad epularum magnificentiam, quum omnium rerum vel carissimum filium illis obtulisset . . . . Verum quia deorum epulas per humanam cædem Tantalus contaminas-

Pseudo-Eudocia 757, p. 332: Πέλοψ υἱὸς γέγονε Ταντάλου, Φρυγίας βασιλέως. ὁ Τάνταλος δὲ οὗτος πόλεμον ἐσχηκὼς μετὰ Ἴλου, τοῦ κτίσαντος τὸ Ἴλιον τὸ ἐπὶ Τροίας, καὶ φοβούμενος τὴν ἧτταν ἐπέτρεψε τῷ Πέλοπι τῷ ἰδίῳ παιδὶ λαβόντι χρήματα ἀπᾶραι ἐπὶ τὴν Ἤπειρον. . . . μυθεύεται δὲ καὶ ὅτι ποτὲ τῷ Ταντάλῳ ἐπεξενώθησαν οἱ θεοί, καὶ ξενίσαι βουλόμενος αὐτοὺς ἔθυσε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν Πέλοπα καὶ ἑψήσας παρέθετο αὐτοῖς. οἱ οὖν θεοὶ θαυμάσαντες ἅμα καὶ ἐλεήσαντες Τάνταλον . . . συνέθηκαν τὸν Πέλοπα.

Pseudo-Eudocia 912, p. 391: ἔνιοι δὲ καὶ ταῦτα περὶ αὐτοῦ (Tantali) φασιν, ὅτι οἱ θεοὶ ἐπὶ ἑστίαν ἐκάλεσαν αὐτὸν εἰς ἔρανον, ὅ ἐστι τὴν εὐωχίαν παρασκευάσαντες. ἐπειδὴ οὖν καὶ αὐτὸς ὁ Τάνταλος τῷ τοῦ ἐράνου τρόπῳ ἀντεισφέρειν τε τοῖς θεοῖς εὐωχίαν ἠπόρησεν, ἀσεβοῦς ἐπιχειρήματος πρόφασιν τὸ ἄπορον ἔσχε. διακόψας γὰρ τὸν Πέλοπα ἐγκαθῆκε λέβητι καὶ ἑψήσας τοῖς θεοῖς παρέθηκε.

Alia contra fabula perhibet Iovem, quod Tantalus ad epulas deorum admissus, quum rex caelestium eum quidquid petiisset esse accepturum pollicitus esset, *optasset, ut per omnem vitam eodem modo atque diis vivere sibi liceret,* indignatum eum punivisse[1], quæ fabula invenitur apud *auctorem Atridarum reditus*[2] teste Athenæo 7: 281 b: φιλήδονον δ'οἱ ποιηταὶ καὶ τὸν ἀρχαῖόν φασι γενέσθαι Τάνταλον. ὁ γοῦν τὴν τῶν Ἀτρειδῶν ποιήσας κάθοδον ἀφικόμενον αὐτὸν λέγει πρὸς

set violassetque ius hospitii, quum experiendorum deorum causa filium mactasset, ut alii maluerunt, perpetuo epularum desiderio ad inferos detrusus addictus est, qui tamen præsentes lautissimo regioque apparatu semper habet epulas neque ullo pacto illas potest attingere, quamvis insatiabili fame excruciaretur. Huic impedimento quidam putarunt esse furias, quo minus illas attingeret, ut ait Vergilius. Cfr p. 79.

[1] Secundum Buddhæ aliquam sacram fabulam Nanda punitur, quod optavit, ut inter deos renasceretur. Cfr *Schermanum,* Mat. zur Gesch. der Indischen Visionslitteratur, Lpz. 1892, p. 160.

[2] *Welcker,* Rh. Mus. 10 (1856) pp. 242, 251, Gr. Götterl. 1, p. 819; 3, p. 252, *Ribbeck,* Verg. Proll. p. 62, *Comparetti,* Phil. 32 (1873) p. 241, *Kinkel,* Epicor. Græc. Fragm. p. 56 dubitans quidem, *Havet,* Rev. de Phil. 12 (1888) p. 166, sine causa eum eundem esse atque Νόστων poetam, Hagiam Troezenium, dixerunt. Cfr *Wilamowitzium,* Homer. Unters. pp. 156, 201.

τοὺς θεοὺς καὶ συνδιατρίβοντα ἐξουσίας τυχεῖν παρὰ τοῦ Διὸς αἰτήσασθαι ὅτου ἐπιθυμεῖ. τὸν δὲ πρὸς τὰς ἀπολαύσεις ἀπλήστως διακείμενον ὑπὲρ αὐτῶν τε τούτων μνείαν ποιήσασθαι καὶ τοῦ ζῆν τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς θεοῖς. ἐφ' οἷς ἀγανακτήσαντα τὸν Δία τὴν μὲν εὐχὴν ἀποτελέσαι διὰ τὴν ὑπόσχεσιν, ὅπως δὲ μηδὲν ἀπολαύῃ τῶν παρακειμένων ἀλλὰ διατελῇ ταραττόμενος, ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἐξήρτησεν αὐτῷ πέτρον, δι' ὃν οὐ δύναται τῶν παρακειμένων τυχεῖν οὐδενός [1].

Si autem aliam fabulam audire volumus, Tantalus coram Mercurio misso a Iove ad *aureum canem* reposcendum, quem ex Cretensi templo Iovis sacro furto sublatum Pandareus rex Milesius apud eum deposuisset, iuratum *negasse* narratur *se* eum *vidisse* periurioque sese commaculasse. Sic enim referunt:

Schol. Vet. ad Pind. Ol. 1: 97: περὶ τῆς τοῦ Ταντάλου

[1] *Eustathius*, p. 1700, 64: ἐν δὲ τοῖς τοῦ Ἀθηναίου κεῖται, ὅτι φιλήδονος καὶ ὁ ἀρχαῖος γέγονε Τάνταλος. συνδιατρίβων γὰρ θεοῖς ἐξουσίας ἔτυχε παρὰ τοῦ Διὸς αἰτήσασθαι ὅτου ἐπιθυμεῖ. ὁ δ'ἀπλήστως ὢν ἀπολαυστικὸς πρὸς τοῖς ἄλλοις μνείαν ἔθετο καὶ τοῦ ζῆν κατὰ θεούς. ἐφ' οἷς ἀγανακτήσας ὁ Ζεὺς τὴν μὲν εὐχὴν ἐπετέλεσε διὰ τῆς ὑποσχέσεως, ὅπως δὲ μηδὲν ἀπολαύῃ τῶν παρακειμένων ἀλλὰ διατελῇ ταραττόμενος, ὑπὲρ κεφαλῆς ἐξήρτησεν αὐτῷ πέτρον, δι' ὃν οὐ δύναται τυχεῖν οὐδενός; *Erasmus Roterodamus*, Colloquia familiaria p. 748: Narrant ii, quibus olim studio fuit philosophiæ præcepta fabularum involucris tegere, Tantalum quendam adhibitum fuisse deorum mensæ, quam volunt esse lautissimam. Quum hospes esset dimittendus, Iuppiter hoc suæ dapsilitatis esse ratus, ne conviva discederet absque xenio, permittit, ut quod vellet peteret accepturus quidquid petiisset. Tantalus autem stolidus, ut qui beatitudinem hominis ventris et gulæ delectatione metiretur, optavit, ut sibi per omnem vitam liceret tali mensæ accumbere. Annuit Iuppiter et ratum erat votum. Tantalus assidet mensæ omni genere deliciarum instructæ. Appositum est nectar nec desunt rosæ nec odores, qualibus deorum nares possint oblectari. Adstat pocillator Ganymedes aut Ganymedi similis, circumstant musæ suaviter canentes, saltat ridiculus Silenus nec absunt moriones, breviter quidquid ullum hominis sensum possit oblectare. Sed inter hæc omnia ille sedet tristis, suspirans et anxius nec hilarescens risu nec attingens apposita . . . quoniam supra caput accumbentis de pilo pendet ingens saxum, iam iam casuro simile; . . .; ne se Tantalus subducat, vetat idem lapis, qui prohibet vesci. Metuit enim, ne si se commoverit, illico saxi ruina conteratur.

κολάσεως ἕτεροι ἑτέρως λέγουσιν. οἱ μὲν γὰρ αὐτόν φασιν ὑποκεῖσθαι Σιπύλῳ τῷ Λυδίας ὄρει, αἰτίαν τινὰ προστιθέντες, ὡς Πανδάρεως ὁ Μιλήσιος ἀποκλέψας τὸν κύνα τῆς Κρήτης, ὃν ὁ Ζεὺς φύλακα τοῦ ἱεροῦ κατέστησε, παρέθετο αὐτὸν τῷ Ταντάλῳ. τὸν δὲ Δία ἀποστεῖλαι Ἑρμῆν πειρώμενον τοῦ ὑποδεξαμένου. τὸν δὲ μᾶλλον ψευδόμενον ἑλέσθαι ἐπιορκῆσαι, ὡς οὐκ ὄντος παρ' αὐτῷ τοῦ κυνός. καὶ οὕτω τὸν Δία ἐπιθεῖναι κατ' αὐτοῦ Σίπυλον τὸ ὄρος, ὅπερ εἶναι τὸν λίθον. οἱ δὲ, ὧν ἐστι καὶ Εὐριπίδης, ὡς ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν . . . Ὅμηρος δὲ αὐτὸν ἑτέρως ὑποτίθησι τιμωρεῖσθαι· ἑσταότ' καὶ τὰ ἑξῆς, πλὴν εἰ μὴ κατὰ τὸν Ἀρίσταρχον νόθα εἰσὶ τὰ ἔπη ταῦτα. Ἀλκαῖος δὲ καὶ Ἀλκμὰν λίθον φασὶν ἐπαιωρεῖσθαι τῷ Ταντάλῳ. ὁ μὲν Ἀλκαῖος· κεῖσθαι πὲρ κεφάλας μέγας, ὦ Αἰσιμίδα, λίθος [1]. ὁ δὲ Ἀλκμάν· ὅπως ἀνὴρ δ' ἐν ἀσμένοισιν ἀλιτρὸς ἧστ' ἐπὶ θάκω κατὰ πέτρας ὁρέων μὲν οὐδὲν δοκέων δέ [2]. ἐποίησε δὲ καὶ ὁ Ἀρχίλοχος· μηδ' ὁ Ταντάλου λίθος τῆσδ' ὑπὲρ νήσου κρεμάσθω [3]. ἔνιοι δὲ ἀκούουσι τὸν πέτρον ἐπὶ τοῦ ἡλίου. τὸν γὰρ Τάνταλον φυσιολόγον γενόμενον καὶ μύδρον ἀποφήναντα τὸν ἥλιον ἐπὶ τούτῳ δίκας ὑποσχεῖν, ὥστε καὶ ἐπαιωρεῖσθαι αὐτῷ τὸν ἥλιον, ὑφ' οὗ δειματοῦσθαι καὶ καταπτήσσειν.

Antoninus Liberalis, Transform. 36: τοῦτον (canem aureum) Πανδάρεος ὁ Μέροπος κλέψας ᾤχετο φέρων εἰς Σίπυλον καὶ αὐτὸν παρεδέξατο φυλάττειν παρὰ τοῦ Πανδαρέου Τάνταλος ὁ Διὸς καὶ Πλουτοῦς. ἐπεὶ δὲ μετὰ χρόνον Πανδάρεος ἐλθὼν εἰς Σίπυλον ἀπῄτει τὸν κύνα [4], Τάνταλος ὤμοσε μὴ λαβεῖν. Ζεὺς δὲ Πανδάρεον . . . ἐποίησε . . . πέτρον. Τάνταλον δὲ, ἐπεὶ τὸν ὅρκον ἐψεύσατο, κατέβαλε καὶ ἐπῃώρει αὐτῷ [5] ὑπὲρ κεφαλῆς τὸν Σίπυλον.

Pausanias 10: 30, 2: τὸν δὲ Πανδάρεων Μιλήσιόν τε ἐκ Μιλήτου τῆς Κρητικῆς ὄντα ἴστω τις καὶ ἀδικήματος ἐς τὴν κλοπὴν Ταντάλῳ καὶ τοῦ ἐπὶ τῷ ὅρκῳ μετασχόντα σοφίσματος [6].

[1] Cfr p. 55

[2] Cfr p. 52.

[3] Cfr p. 54.

[4] Pandareus ipse igitur, non Hermes, canem reposcit.

[5] περὶ αὐτόν codd; ἐπῃώρει αὐτῷ ci. *Koen*, laudant *Jacobs*, *Verheyk*, improbat *Welcker*, Rh. Mus. 10 (1856), p. 254.

[6] Hoc loco Tantalus et furti et periurii socius erat.

Scholiastes ad Odyss. 19: 518: οὗτος (Pandareus) κύνα κλέψας χρυσοῦν ἡφαιστότευκτον ἔμψυχον ἐκ Κρήτης ἐκ τοῦ Διὸς τεμένους παρακατέθετο Ταντάλῳ. Διὸς δὲ καὶ Ἑρμοῦ ἀπαιτοῦντος αὐτὸν ὤμοσεν ὁ Τάνταλος μὴ ἔχειν. ὅθεν ὁ Ζεὺς κατέστρεψεν αὐτῷ Σίπυλον τὸ ὄρος [1].

Scholiasta ad Odyss. 20: 66: Πανδάρεως δὲ παραγενόμενος εἰς Κρήτην κλέπτει τὸν τοῦ Διὸς κύνα. καὶ αὐτὸν οὐκ ἤνεγκεν εἰς Μίλητον δείσας τὸν Δία, παρὰ Ταντάλῳ δὲ εἰς Φρυγίαν κατατίθεται φάμενος ἄγειν ἐκ Φοινίκης τοῦτον. ὁ δὲ Τάνταλος δεξάμενος ἐφύλασσεν. ἔπειτα κελεύσαντος τοῦ Διὸς ἐρευνᾶν τὸν κύνα παραγίνεται πρὸς τὸν Τάνταλον ὁ Ἑρμῆς. ὁ δὲ ἀρνεῖται καὶ ὄμνυσι τὸν Δία καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς μὴ συνειδέναι τι περὶ τοῦ κυνός. ὁ δὲ Ἑρμῆς εὑρίσκει αὐτὸν παρ' αὐτῷ.

Eustathius 1700: 21: τὸν Τάνταλον Εὐριπίδης μὲν ἀέρι ἠωρημένον τίνειν δίκην φησὶν ὑπὸ λίθου ἠρτημένου ὑπὲρ κεφαλῆς καὶ ἐκθροοῦντος αὐτόν. ἕτεροι δὲ τὸ Σίπυλον ὄρος αὐτῷ ἐπικατεστράφθαι φασὶ ὑπὸ Διός, ἐπειδὴ κύνα χρυσοῦν ἔμψυχον ἔχων αὐτός, ὃν ἐκ Κρήτης κλέψας Πανδάρεος ἀπὸ τεμένους Διὸς αὐτῷ παρακατέθετο, εἶτα ὑπὸ Ἑρμοῦ ἀπαιτούμενος καὶ ὀμόσας μὴ ἔχειν ἐφωράθη αὖθις ἔχων διὰ τοῦ Ἑρμοῦ. Ὅμηρος δὲ ἄλλως πλάττων διψᾶν φησὶν ἐν Ἅιδου ἀεὶ καὶ πεινᾶν αὐτόν. καὶ ἅλις μὲν ἔχειν τῶν εἰς χρείαν, μὴ ἔχειν δὲ ἀπολαύειν αὐτῶν.

Eustathius 1875: 32: περὶ Πανδαρέου φέρεται λόγος, ὅτι κύνα κλέψας χρυσοῦν ἐν Κρήτῃ Ἡφαίστου ἔργον ἔμψυχον ἐκ τοῦ Διὸς τεμένους παρακατέθετο Ταντάλῳ. Διὸς δὲ ἀπαιτοῦντος τὸ κλέμμα δι' Ἑρμοῦ ὤμοσεν ὁ Τάνταλος μὴ ἔχειν. καὶ Ζεὺς μὲν τὸν κύνα Ἑρμοῦ ὑφελομένου ἀπολαβὼν κατέστρεψε τῷ Ταντάλῳ ὄρος τὸ Σίπυλον.

Schol. Thom. Mag. ad Pind. Ol. 1: 91 Abel: ἄλλοι δὲ ἄλλως περὶ τῆς Ταντάλου κολάσεως φασιν. οἱ μὲν γὰρ ἐπικεῖσθαι αὐτῷ τὸ Σίπυλον. Ζεὺς γὰρ ἀποστείλας Ἑρμῆν πρὸς αὐτόν, ἵνα τὸν κύνα λάβῃ, ὃν Πανδάρεως ὁ Μιλήσιος φύλακα κατα-

[1] Alius scholiasta ad eundem versum in codice deteriore Ambrosiano narrat Pandareum, quum canem a Tantalo accepisset, negasse eum apud se occultari. Sic enim perhibet: ἐπεὶ δὲ Πανδάρεως δεξάμενος παρακαταθήκην ὑπὸ Ταντάλου τὸν ἐκ Κρήτης κλαπέντα κύνα χρυσοῦν ἔξαρνος ἐγένετο μὴ λαβεῖν . . .

στάντα τοῦ ἱεροῦ τῆς Κρήτης παρὰ Διὸς κεκλοφὼς ἤγαγεν αὐτῷ ἵνα φυλάσσῃ. ἐλθόντος οὖν Ἑρμοῦ πρὸς αὐτὸν καὶ μὴ λαβόντος τὸν κύνα, ἔφασκε γὰρ μὴ ἔχειν, ὀργισθεὶς ὁ Ζεὺς ἐπέθηκεν αὐτῷ τὸ Σίπυλον. οἱ δὲ λέγουσι διὰ τὸ ἐξειπεῖν αὐτὸν τὰ τῶν θεῶν μυστήρια τοῖς ἀνθρώποις ἐν Ἅιδου κολάζεσθαι, μέσον ἑστῶτα λίμνης μέχρι τοῦ πώγωνος. ἧς ὁπότε πιεῖν ἤθελε, τὸ ὕδωρ ἐξίστατο. μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ὅμηρος. ἑστὼς δὲ ἐν τῇ λίμνῃ καὶ λίθον ὑπὲρ κεφαλῆς εἶχεν αἰωρούμενον. Εὐριπίδης δὲ λέγει μέσον ἀέρος αὐτὸν τὸν Τάνταλον ἀοράτως κρέμασθαι καὶ λίθον ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς αἰωρεῖσθαι. ἀσφαλέστερος δὲ πάντων Ὅμηρος. καὶ μαρτυρεῖ ἡ παροιμία· Ταντάλου δίψα.

Alii contra narrant Tantalum *ob raptum Ganymedem* punitum esse. Quæ fabula hoc fere modo tradita est: quum post moenia Ilii ædificata Tros, Phrygiæ rex, filium suum minimum Ganymedem misisset, ut Iovi Europæo ex voto patris dona afferret, Tantalus, qui Troem infensissimum habebat, Ganymedem exploratorem supervenisse suspicatus eum rapuit. Qui propter metum et puerilem infirmitatem valetudine captus, quamquam a Tantalo, quum de vera causa eius adventus certior factus esset, bene curatus est, diem obiit. Ganymedem autem inter venandum a Tantalo occisum esse alii [1] tradunt, qua re iratum Troem patrem contra Tantalum arma movisse. Ab aliis [2] contra fertur Ganymedes ob insignem pulchritudinem a Tantalo raptus esse, unde certamen inter hunc et Ilum, fratrem Ganymedis, ortum esse, a quibus eum, quum neuter dimittere vellet, dilaceratum esse. Auctores eorumque verba hæc sunt:

Phanocles testibus Eusebio a. Abr. 660 secundum Georg. Sync. p. 161 D [3] (cfr Schoenium, Eusebii Chron. 2, p. 40) et Orosio, Histor. 1: 12 Migne: nec mihi nunc enumerare opus est Tantali . . . facta turpia, fabulas turpiores. Quorum Tan-

[1] Mnaseas, Eustathius.

[2] Herodianus, Tzetzes, Natalis Comes, Pseudo-Eudocia.

[3] Etiam *Boccatius,* Gen. deor. 6: 4: Eusebius (Ganymedem) non a Iove raptum sed a Tantalo Phrygiæ rege dicit, quod scriptum asserit a Phanocle poeta, et ob hoc ortum bellum inter Troem et Tantalum. Cfr 12: 1 (v. p. 75).

talus rex Phrygiorum Ganymedem Trois, quum flagitiosissime rapuisset, maiore conserti certaminis foeditate detinuit, sicut Phanocles poeta confirmat, qui maximum bellum excitatum ob hoc fuisse commemorat, sive quia hunc ipsum Tantalum, utpote asseclam deorum, videri vult raptum puerum ad libidinem Iovis familiari lenocinio præparasse, qui ipsum quoque filium Pelopem epulis eius non dubitarit impendere.

Mnaseas, frg. 30 Mueller, teste scholiasta Ven. B ad Il. 20: 234[1]: Μνασέας δέ φησιν ὑπὸ Ταντάλου ἡρπάσθαι (Ganymedem) καὶ ἐν κυνηγεσίῳ ἀναιρεθῆναι.

Didymus testibus Georgio Syncello p. 161 D[2]: Γανυμήδην ὁ Τάνταλος ἁρπάσας υἱὸν τοῦ Τρωὸς ὑπ' αὐτοῦ κατεπολεμεῖτο Τρωός, ὡς ἱστορεῖ Δίδυμος ἐν ἱστορίᾳ ξένῃ[3] καὶ Φανοκλῆς, et Malala, Chronogr. 4: 97 (v. p. 9).

Herodianus, de imperio post Marcum 1: 11, 4: Ἴλῳ τῷ Φρυγὶ καὶ Ταντάλῳ τῷ Λυδῷ πόλεμον ἐκεῖ γενέσθαι λέγουσιν ... οἱ δὲ περὶ τῆς Γανυμήδους ἁρπαγῆς. ἰσορρόπου δὲ ἐπὶ πολὺ τῆς μάχης γενομένης ἑκατέρωθεν πεσεῖν ἱκανοὺς καὶ τὴν συμφορὰν ὄνομα δοῦναι τῷ χωρίῳ (Pessinus). ἔνθα καὶ τὸν Γανυμήδην ἁρπασθέντα ἀφανῆ γενέσθαι λόγος ἀνθελκόντων αὐτὸν τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τοῦ ἐραστοῦ.

Augustinus, de civitate dei 18: 13 Migne: ad stuprum raptum pulcherrimum puerum Ganymedem, quod nefas rex Tantalus fecit.

Suidas, v. Ἴλιον (v. p. 8).

Georgius Cedrenus, Hist. Comp. 120 B (v. p. 9).

Eustathius 1280: 22: τινὲς δέ φασιν ἀπὸ τοῦ Ταντάλου αὐτὸν (Ganymedem) ἁρπαγῆναι καὶ ἐν κυνηγεσίῳ πεσεῖν.

Tzetzes, Antehom. v. 93:

δείδιε (Priamus) γὰρ ἀΐων, Γανυμήδης οἷα πεπόνθει
Ταντάλου ὕπο ἄνακτος, εὐγενέος βασιλῆος.

Tzetzes in Lycophr. Alex. 355: ἕτερος δέ τις ἱστορικὸς οὕτω λέγει κληθῆναι τὸν τόπον ἀπὸ τοῦ πολλοὺς ἐκεῖ πεσεῖν ἐν

[1] Schol. Townl. ad Il. 20, 234: Μνασέας μέν φησιν ὑπὸ Ταντάλου ἡρπάσθαι καὶ ἐν κυνηγεσίῳ πεσόντα ταφῆναι ...

[2] *Stiehle,* Philologus 9 (1854), p. 503.

[3] Fragm. 2 Schmidt, Didymi Fragmenta, Lps. 1854, p. 359.

τῇ συμβολῇ τοῦ πολέμου, ὁπότε διὰ τὴν ἁρπαγὴν Γανυμήδους ἐμάχοντο Τάνταλος ὁ ἐραστὴς Γανυμήδους καὶ Ἶλος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ[1].

Pseudo-Eudocia, Viol. 746, p. 322: ἕτερος δέ τις ἱστορικὸς οὕτω λέγει κληθῆναι τὸν τόπον ἀπὸ τοῦ πολλοὺς ἐκεῖ πεσεῖν ἐν τῇ συμβολῇ τοῦ πολέμου, ὁπότε διὰ τὴν ἁρπαγὴν Γανυμήδους ἐμάχοντο Τάνταλος ὁ ἐραστὴς Γανυμήδους καὶ Ἶλος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ[2].

Secundum alios denique Tantalus narratur *solem non deum* sed massam ignis candentis *esse contendisse,* qua ira accensum Solem deum sub sole eum suspendisse. Quæ hi tradunt:

Schol. Vet. ad Pind. Ol. 1: 97 (v. p. 45).

Laertius Diogenes, Vit. Philos. 2: 3, 4: οὗτος (Anaxagoras) ἔλεγε τὸν ἥλιον μύδρον εἶναι διάπυρον καὶ μείζω τῆς Πελοποννήσου. οἱ δέ φασι Τάνταλον.

Eustathius 1700: 60[3]: ἄλλοι δὲ φιλόσοφον γεγονότα τὸν Τάνταλον δοξάσαι εἶπον μύδρον εἶναι τὸν ἥλιον καὶ μὴ σῶμά τι θεῖον καὶ γέμον ἀῤῥήτων δυνάμεων. ὅθεν Ἡλίου χόλῳ τιμωρεῖ-

[1] *Natalis Comes,* Mythol. 4: 5: Non defuerunt historici, qui ab alio casu circa Ganymedem raptum quum multi ibi in bello accidissent, quo tempore Ilus frater Ganymedis adversus Tantalum, quem rapuisse Ganymedem putabat, dimicaret, ita vocatum fuisse crediderint.

[2] De bello Tantali et Ili, quamquam in rapto Ganymede causam non ponunt, mentionem faciunt *Nicolaus Damascenus* fr. 17 (v. p. 14); *Nonnus Abbas* ad Greg. Naz. laud. fun. Bas. 1 Migne = Westermann App. 57, 3: Πέλοψ υἱὸς γέγονε Ταντάλου, Φρυγίας βασιλέως. ὁ Τάνταλος δὲ οὗτος πόλεμον ἐσχηκὼς μετὰ Ἴλου τοῦ κτίσαντος τὸ Ἴλιον τὸ ἐπὶ Τροίας καὶ φοβούμενος τὴν ἧτταν ἐπέτρεψε τῷ Πέλοπι τῷ ἰδίῳ παιδὶ λαβόντι χρήματα ἀπᾶραι ἐπὶ τὴν Ἤπειρον, εἰπὼν ταῦτα ὅτι· ἐὰν μὲν νικήσω, ὑποστρέψεις πάλιν εἰς τὴν Φρυγίαν, ἐὰν δὲ ἡττηθῶ, μένε εἰς τὴν Εὐρώπην; *Diodorus Siculus* 4: 74 (v. p. 8); *Pseudo-Eudocia* 757, p. 332 (v. p. 43).

[3] *Welcker,* Rh. Mus. 10 (1856) p. 250, contendit Euripidis verba ἀκόλαστος γλῶσσα (Or. 10) non ad secreta deorum cum hominibus communicata, ut visum sit Tzetzæ (Chil. 5: 471), sed ad impiam doctrinam physicorum spectare. Non recte. Euripides enim ipse hanc impiam doctrinam amplexus est (El. 984). Præterea inter se congruunt Tzetzes et Welcker. Ille enim, Chil. 5: 460, refert Tantalum mysteriis evulgandis aperuisse solem lapidem esse.

σθαι λίθου διηνεκεῖ καταφορᾷ ἠρτημένου χρυσῆς καὶ ὡς εἰπεῖν ἡλιώδους ἁλύσεως [1].

* * *

Sceleribus Tantali diversis perlustratis in quæstionem vocemus *poenam* [2] eius atque *locum, ubi poenas cepit,* de quibus rebus fabulæ, ut iam diximus, minime conveniunt. Universe tantum nonnulli auctores huius poenæ mentionem faciunt, quorum *Isocrates* [3] retulit eum ταῖς μεγίσταις τιμωρίαις affectum esse, *Plutarchus* poetas citans ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς περιπεσεῖν [4] aut deos eum punientes caput regni eius subvertisse [5]. Qua in re *Pseudo-Plutarchus* [6] nulla verba nisi de diis ulciscentibus facit. Jam vero Tantali vitam ærumnosam et metus plenam in vim proverbii [7] abiisse e verbis *Nicephori Gregoræ* [8] clare elucet. Quin etiam ex

[1] *Nicolaus Damascenus* v. 3 (v. p. 32) verba Euripidis (Or. 4) in ridiculum vertens fingit Tantalum apud deos parasiti partes male agentem. *Natalis Comes,* Mythol. 6, 18, auctor est "alios" fabulatos esse Tantalum, quum raptam ab Iove Aeginam Asopo patri indicasset, eam poenam subiisse, id quod in fontibus non inveni. Etiam *Bergstedt,* Grek. och Rom. Mytol., Sthlm 1894, p. 34, dicens scelus Tantali in deorum consiliis explorandis constitisse errat.

[2] Cererem, quamvis a Tantalo in coena deceptam, tamen mala, quibus a diis affectus esset, ulcisci voluisse refert *Mythographus Vat.* 1: 11. Quod si nulla in lectione menda latet, aut ab errore auctoris cuiusdam sunt profecta aut alludunt ad fabulam nobis hodie ignotam.

[3] Or. 1: 50 Baiter. (v. p. 11).

[4] De exilio 17 (v. p. 25).

[5] Adv. Stoicos de commun. not. 2 = Mor. 1059 c: εἰ δὲ οἱ ποιηταί σε πείθουσι λέγοντες ὡς ἐκ θεῶν προνοίας ἀνατροπὴν ἔσχεν ἡ παλαιὰ Σίπυλος τὸν Τάνταλον κολαζόντων.

[6] Pro nobil. 21 (v. p. 12).

[7] *Nitka,* Tantali nominis orig. p. 10: Ταντάλειοι dicuntur τρομικοί et βίος Ταντάλειος, quod proverbii locum obtinuit, vita est ea, quam quis instantibus periculis suspensus animo et metu trepidus peragit.

[8] Histor. Byz. 16: 3, p. 508 E: περίεστι τρέμειν ἀεὶ καὶ Ταντάλειον, τὸ δὴ λεγόμενον, βόσκειν βίον; 17: 4, p. 538 E: ἣν μή τις ἐθέλῃ προφανῶς ἐλευθέρου βίου βαρυδαίμονα καὶ Ταντάλειον οἷον ἀλλάξασθαι.

ea opinione ortum est aliud proverbium, quod est Ταντάλειοι τιμωρίαι, ut testantur hi:

Suidas, v. Ταντάλεοι· τρομικοί. καὶ παροιμία· Ταντάλειοι τιμωρίαι, ἐπὶ τῶν ἀγαθὰ μὲν ἐχόντων, μὴ συγχωρουμένων δὲ ἀπολαύειν αὐτῶν.

Apostolius, Cent. 16: 9: Ταντάλειοι τιμωρίαι : ἐπὶ τῶν ἀγαθὰ μὲν ἐπιτυχόντων, μὴ συγχωρουμένων δὲ ἀπολαύειν αὐτῶν. φασὶ γὰρ τοῦ Ταντάλου ἔμπροσθεν εἶναι παντοδαπὰ δένδρα. καὶ ἡνίκα ἂν τὴν χεῖρα ἐκτείνῃ λαβεῖν τι τῶν δένδρων, ἐκκλίνουσιν ἀπ' αὐτοῦ. ἢ ὅτι πηγὴ πλήρης ὕδατός ἐστι καὶ ὑπὲρ κεφαλῆς λίθος μεγάλη κρέμαται. καὶ ἡνίκα ἂν κύψῃ τοῦ πιεῖν, πίπτει ἡ πέτρα καὶ οὐκ ἐᾷ αὐτὸν πιεῖν. καὶ τοῦτο ἀϊδίως.

Arsenius, Violet. p. 443: Ταντάλειοι τιμωρίαι : ἐπὶ τῶν ἀγαθῶν μὲν ἐπιτυχόντων, μὴ συγχωρουμένων δὲ ἀπολαύειν αὐτῶν.

Mantiss. Prov. cent. 2: 94: Ταντάλειοι τιμωρίαι : ἐπὶ τῶν ἀγαθὰ μὲν ἐπιτυχόντων, μὴ συγχωρουμένων δὲ ἀπολαύειν αὐτῶν. φασὶ γὰρ τοῦ Ταντάλου ἔμπροσθεν εἶναι παντοδαπὰ δένδρα. καὶ ἡνίκα ἂν τὴν χεῖρα ἐκτείνῃ λαβεῖν τι τῶν δένδρων, ἐκκλίνουσιν ἀπ' αὐτοῦ. ἢ ὅτι πηγὴ πλήρης ὕδατός ἐστι καὶ ὑπὲρ κεφαλῆς λίθος μεγάλη κρέμαται. καὶ ἡνίκα ἂν κύψῃ τοῦ πιεῖν, πίπτει ἡ πέτρα καὶ οὐκ ἐᾷ αὐτὸν πιεῖν. καὶ τοῦτο ἀϊδίως. Τάνταλος, υἱὸς Τμώλου καὶ Πλουτοῦς. Ταντάλου δὲ καὶ Εὐρυανάσσης Πέλοψ, Βροτέας, Νιόβη [1].

Disertis autem verbis poenam et locum poenæ referentes alii auctores sunt Tantalo in *caelo* [2] accubanti ne cupediis mensæ deorum frueretur sed inde perpetuo deterreretur, *saxum* Iovem impendisse [3], ut canunt

[1] *Otto,* Archiv für Latein. Lexikogr. 3 (1886) p. 224, Tantali nomen proverbium factum esse constituens, mirum est, quod hos locos non respexit. Quos ipse affert, non multum videntur valere.

[2] Etiam Indi credunt in caelo Çvetam in æternum esuriendo ac sitiendo multari. Cfr *Jacobium,* Das Râmâyana, Bonn 1893, p. 201.

[3] Hinc ortum esse proverbium Ταντάλου τράπεζα auctores sunt *Comparetti,* Phil. 32 (1873) p. 242, *Theiss,* Prov. p. 9, Nachtr. p. 2. Mihi autem non contigit, ut id investigarem.

Auctor Atridarum Reditus[1] apud Athenæum[2] 7: 281 b[3] (v. p. 43).

Alcman, fr. 87 Bergk^{4}[4], apud scholiastam ad Pind. Ol. 1: 97[5]: ὅπως[6] ἀνὴρ δ' ἐν ἀσμένοισιν[7] ἀλιτρὸς[8] ἧστ' ἐπὶ θάκω[9] κατὰ[10] πέτρας ὁρέων[11] μὲν οὐδὲν δοκέων[12] δέ[13].

[1] *Wilamowitz,* Hom. Unters. p. 201, contendit animo huius auctoris Tantalum inter caelum et terras punitum versari. Sine causa. De *Nitzschii* sententia vide infra.

[2] *Eustathius, Erasmus Roterodamus* Athenæum secuti hanc fabulam referunt (v. p. 44).

[3] *Welcker,* Rh. Mus. 10 (1856) p. 243, dicens Athenæi narrationem ita supplendam esse, ut Tantalus superbia abiecta a Iove petat, ut ad mortales redire liceat, nullo firmamento nititur. Nam si quis ad Nicolaum comicum, vv. 4—6 (v. p. 32), auctorem confugiat, respondeam iis verbis plus a nobis non tribuendum esse quam res et veritas ipsa concedat. Præterea fuisse apud antiquos populos talem de sceleratis in Olympo poenas solventibus opinionem apparet ex fabula Indorum, supra allata.

[4] *Boeckh,* Explic. p. 109, *Robert,* Gr. Myth. I^{4}, p. 822, *Farnell,* Greek Lyric Poetry, London 1891, p. 318, alii, de quibus cfr *Welckerum,* Rh. Mus. 10 (1856) pp. 242, 245, contendunt Alcmanem de Tantalo *apud inferos* poenas sustinente cogitasse. Sed mihi quidem minime verisimile videtur ἁρμένοισιν, si scriptura antiquissima fuisset, librarium in ἀσμένοισιν correcturum fuisse. Ab his enim ætatibus alienissimum erat cogitare hominem impium in deorum aula poenas dedisse. Quare textum traditum servandum esse censeo. Recte igitur *Welcker,* Rh. Mus. 10, p. 242, dicit Tantalum in Olympo sedere. Improbanda est etiam *Winkleri* sententia, qui, Darstell. der Unterwelt auf Unterital. Vasen in Breslauer Phil. Abh. 3: 5, p. 8, censet secundum Alcmanem *intra caelum ac terram* Tantalum esse punitum. Nec minus refutanda est *Nitzschii* opinio, qui, Anmerk. zu Odyssee 3, pp. 321, 322, putat et auctorem Atridarum Reditus et Alcmanem Tantalum *in terris* ad Sipylum montem poenas subeuntem exhibuisse.

[5] Cfr p. 45.

[6] οὗτως ci. Porson, Eur. Orestes, London 1848, p. 8, quem plerique sequuntur.

[7] ἁρμένοισιν ci. Hecker, Philologus 5 (1850) p. 448, Bergk, P. L. Gr.^{4}, Farnell.

[8] ἀλιτηρός codd.; ἀλιτρός editt.

[9] θάκας codd.; θάκω ci. Bergk, Farnell.

[10] κάτω ci. Hermann (cfr Welckerum, Rh. Mus. 10, p. 245), Hartung.

[11] ὁρέοντι Eustathius 1701: 23.

[12] δοκέοντι Eustathius 1701: 23; δοκέοντι δ' ἐοικώς ci. Bergk.

[13] Etiam *Nicolaus comicus* (v. p. 32) hanc fabulam audivit.

Sed de caelo demittentes eum *intra caelum et terras*[1] sublimem in aëre ferri ita tamen ut etiam hic *saxum* supra verticem habeat suspensum, hi narrant:

Euripides, Or. 4 (v. p. 24)[2].

Euripides, Or. 982[2]:

Electra: μόλοιμι τὰν οὐρανοῦ
μέσον χθονός τε[3] τεταμέναν
αἰωρήμασι πέτραν,
ἵν' ἐν θρήνοισιν ἀναβοάσω
γέροντι πατρὶ Ταντάλῳ[4].

Agatharchides apud. Phot. Bibl. 250: 4 (v. p. 24).

Scholiasta ad Eur. Or. 7 Schwartz: ἐπεὶ διὰ γλωσσαλγίας ἥμαρτεν ὁ Τάνταλος, σιωπῇ αὐτὸν κολάζει ὁ Ζεύς. οὔτε γὰρ ἐν οὐρανῷ αὐτὸν τιμωρεῖται, ἵνα μὴ συνδιαλέγηται θεοῖς ἢ λαλούντων ἀκούῃ, οὔτε ἐπὶ γῆς, ὅπως μὴ ἐξείποι τοῖς ἀνθρώποις ἅτινα εἶδεν ἐν οὐρανῷ, οὔτε καθ' Ἅιδου, ὡς μὴ καὶ ἄλλους ὁρῶν κολαζομένους ἁμαρτωλοὺς παραμυθοῖτο, ἀλλ' ἐν ἀέρι μετέωρον, ὅπως μηδενὶ προσφθεγγόμενος μᾶλλον ἀνιῷτο.

Scholiastes ad Eur. Or. 982: παραδηλοῦται, ὅτι ὁ Τάνταλος αὐτόθι εἴη μεταξὺ γῆς καὶ οὐρανοῦ αἴσθησιν ἔχων πάντων τῶν πεπραγμένων[5].

Nonnus, Dionys. 18: 32 (v. p. 36).

Nonnus, Dionys. 35: 294:

οἷος ἀλήτης
Τάνταλος ἠερόφοιτος.

Eustathius 1701: 3: ἐκ τοῦ ῥηθέντος ἀερίου Ταντάλου ταντελίζεσθαι παρὰ τραγικοῖς τὸ σαλεύεσθαι καὶ σείεσθαι.

Tantalum inter caelum ac terram versari evadit etiam

[1] In Taittirîya-Âraṇyaka, 1: 8, 6, intra caelum et terras Tartarus collocatus est. Cfr *Schermanum*, Ind. Visionslit. p. 126.

[2] *Welcker,* Frgm. Alcmanis ad fr. 53, *Boeckh,* Explic. p. 109, contendunt Euripidem Tantalum apud inferos poenas luentem inducere, cui sententiæ verba ipsius auctoris apertissime obstant.

[3] τε correxit G. Hermann.

[4] *Eustathius* 1700: 52 (v. p. 35), *Schol.* Thom. Mag. ad Pind. Ol. 1: 91 (v. p. 46), Euripidis verba reddunt.

[5] Cfr p. 54.

e fabula, qua manibus caelum portare [1] a *scholiasta Euripidis* ad Or. 982 hoc modo narratur: ἡ μὲν ἱστορία λέγει τὸν Τάνταλον ἀνατεταμέναις χερσὶ φέρειν τὸν οὐρανόν. νῦν δὲ ὁ Εὐριπίδης ἰδίως τὸν ἥλιον ἐπηρτῆσθαι λέγει αὐτῷ διάπυρον ὄντα μύδρον, ὑφ' οὗ καὶ δειματοῦσθαι αὐτὸν ἀεί. Ἀναξαγόρᾳ δὲ πειθόμενος μύδρον αὐτὸν εἶναι λέγει.

Ex aëre eum detrahentes alii *saxo* tamen in fabula retento, pro quo sæpissime Sipylus mons est nominatus, Tantalum *in terris* poenas pependisse narrarunt:

Pherecydes apud schol. Townl. ad Il. 24: 617 (v. p. 5).
Asclepiades Tragilensis, fr. 20 (v. p. 36) [2].
Schol. Vet. ad Pind. Ol. 1: 97 (v. p. 44).
Antoninus Liberalis, Transform. 36 (v. p. 45).
Schol. ad Soph. Antig. 134 Papageorg.: τῷ Ταντάλῳ ἡ Σίπυλος ἐπικατεστράφη.
Schol. ad Odyss. 19: 518 (v. p. 46).
Eustathius 1700: 21 (v. p. 46).
Eustathius 1875: 32 (v. p. 46).
Schol. Thom. Mag. ad Pind. Ol. 1: 91 (v. p. 46).

Huius autem supplicii, quo Tantalum in caelo, aëre, terris plecti iam vidimus, in Tartaris infra videbimus, complures mentionem faciunt, quamquam de loco nihil habent. Sic

Archilochus, fr. 53 [3] Bergk[4], apud Schol. ad Pind. Ol. 1: 97 [4]:

---

[1] Aegypti ab aëre caelum sustineri credentes Schu, deum aëris, caelum sustinentem finxerunt, qua de re cfr *Brugschium,* Relig. und Mythol. der alten Aeg., Lpz. 1885, pp. 207—209. Fieri potest, ut a simili opinione profecti Græci Atlantem sibi informaverint.

[2] *Asclepiades* ex arce deorum eiectum Tantalum in summo monte manibus restrictis esse vinctum dicens sine dubio ob oculos habuit Prometheum. Cfr tamen *Starkium,* Niobe p. 428, *Thræmerum,* Pergamos p. 87.

[3] *Wilamowitz,* Hom. Unters. p. 201, dicit eum Tantalum poenas luentem *in aëre* finxisse. Non recte. Secundum *Boeckhium,* Explic. p. 109, *Robertum,* Gr. Myth. 1[4], p. 822, Archilochus, Alcæus, Pindarus *apud inferos,* secundum *Winklerum,* Bresl. Phil. Abh. 3: 5, p. 8 *intra caelum ac terram* Tantalum poenas pendentem inducunt. Neque tamen ex ipsis poetis ulla suarum sententiarum argumenta eruere potuerunt.

[4] Cfr p. 45.

μηδ' ὁ Ταντάλου λίθος
τῆσδ' ὑπὲρ νήσου κρεμάσθω.

Alcæus, fr. 93 [1] Bergk[4], apud Schol. ad Pind. Ol. 1: 97 [2]: κεῖσθαι πὲρ [3] κεφάλας μέγας, ὦ Αἰσιμίδα [4], λίθος.

Pindarus, Ol. 1: 90 (v. p. 23) [5].

---

[1] Cfr p. 54[3].

[2] Cfr p. 45.

[3] πάρ codd.; πέρ ci. Bergk, Hoffmann, Griech. Dial. 2, p. 189.

[4] ωασσιμιδα codd.; ὤρεος Σιπύλω ci. Gerhard (cfr Welckerum, Jbb. für Phil. und Pæd. 1830, 1, p. 32), Osann, Rh. Mus. 1 (1833), p. 62; ὤρεϊ ἐν Σιπύλῳ Hartung; θρασυμίδα Welcker, Jbb. f. Phil. und Pæd. 1830, 1, p. 32, Rh. Mus. 10 (1856), pp. 253, 254; ὦ Αἰσιμίδα Bergk, Hoffmann.

[5] *Comparetti* quum interpretes plerosque Pindarum censentes ea fuisse sententia ut Tantalo vindictam facinoris scelestissimi *Orci tenebris* incluso infligi crederet (cfr *Comparettium,* Phil. 32, p. 236) eo modo refellere vult, Phil. 32, p. 238, ut Tantalum dicat, quia secundum Pindarum ἄφθιτος sit, in Tartaro ut domicilio τῶν φθιμένων versari non posse, non reputat Pindarum in altero carmine Olympico Tartara ab animantibus habitata putasse. Neque hac interpretum antiquorum sententia melior est *Comparettii* ipsius, qui argumentis magis spinosis quam veris usus Pindari animo Tantalum *in caelo* poenas luentem obversatum esse iis rebus confirmare studet, quod verba εὐφροσύνας ἀλᾶται de Tantalo in caelo tantum habitante dici possint et quod apud poetas Græcorum semper cum natura sceleris supplicii ratio ita cohæreat, ut hoc loco credibile fiat eum, quæ furatus sit, nectar ambrosiamque intuentem esurire et sitire. Sed mea quidem sententia verbis εὐφροσύνας ἀλᾶται plus non tribuendum est quam tribuit scholiasta (Vet. ad Ol. 1: 91), hæc per ἐν πόνοις ἐστίν circumscribens. Præterea e nullis Pindari verbis hæc sententia elici potest. Iam vero *Wilamowitzio,* Hom. Unters. p. 201, in fabula, quam Pindarus secutus est, Tantalum *intra caelum ac terram* poenam luere putanti obsistunt verba μετὰ τριῶν τέταρτον πόνον (v. 96), quæ ab interpretibus temporum et antiquorum (cfr *Schol.* Vet. ad Pind. Ol. 1: 97) et recentiorum (cfr *Comparettium,* Phil. 32, pp. 230 sqq.) multis modis accepta neque tres maleficos, Ixionem, Sisyphum, Tityum, spectare, ut etiamnunc credit *Fennell,* Pindar, Cambridge 1879, ad hunc locum, neque famem, sitim, lapidem, Pelopem filium e caelo eiectum, ut his temporibus *Camarda,* Osservazioni alle parole μετὰ τριῶν τέτ. πόν., Messina 1873, *Mezger,* Pindars Siegeslieder, Lps. 1880, p. 92, *Gildersleeve,* Pindar, London 1890, ad hunc locum, docent, *Comparetti* planissime ostendit. Ipse, Phil. 32, p. 241, collaudantibus *Buchholzio,* Anthol. aus den

Pindarus, Isthm. 7: 20 Christ [1]:

ἐπειδὴ τὸν ὑπὲρ κεφαλᾶς
γε Ταντάλου λίθον [2] παρά τις ἔτρεψεν ἄμμι θεός.

Aristoteles teste Sopatro [3] apud Stobæum, Flor. 46: 52, p. 312 Gaisford: ἔνια δ' οὐκ ἔστιν ἀναγκασθῆναί φησιν Ἀριστοτέλης, οὐδ' εἰ, τὸ λεγόμενον, Ταντάλου λίθον ἐπηρτημένον τις ἔχοι.

Hyperides, frgm. 213, apud Alexandrum Rhetor. de Schem. 1: 26 = Walz, Rhet. Gr. 8, p. 457: ὁ αὐτός (Hyperides) ἐπὶ τῆς Φρύνης· . . . . Ταντάλῳ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς λίθος κρέμαται [4].

Cicero, de finibus bon. et mal. 1: 18, 60: accedit etiam mors, quæ, quasi saxum Tantalo, semper impendet [5].

Antipater Sidonius in Anthol. Pal. 16: 131, 10 (v. p. 33).

Plutarchus, de superst. 11 = Mor. 170 F: καίτοι γ' ὥσπερ ὁ Τάνταλος ὑπεκδῦναι τὸν λίθον ἐπαιωρούμενον οὕτω καὶ οὗτος (vir superstitiosus) τὸν φόβον . . . . ἀγαπήσειεν ἄν.

Lyr. der Gr. 2[3], p. 188, *Boehmero,* Pindars Sicilische Oden, Bonn 1891, p. 63, *Roberto,* Gr. Myth. 1[4], p. 823, mihi persuasit Pindarum, quum hæc scriberet, ob oculos habuisse famem, sitim, lapidem, immortalitatem. Fieri tamen potest, ut recta excogitaverit *Buecheler* (vide *Boehmerum,* Pindars Sic. Od. p. 63), hæc disserens: "weil τριὰ κακὰ sprüchwörtlich waren als höchstes Elend, sagt Pindarus: noch eins über dies höchste hinaus". Magis autem ad Comparettii opinionem sum propensus. Sed tamen, utut hæc verba sunt interpretanda, contra Wilamowitzium semper valebunt. Neque firmioribus argumentis nixus *Thræmer,* Pergamos, p. 85, Pindarum sibi persuasisse Tantalum *in terris* in monte Sipylo poenam pependisse contendit. Apparet igitur nos e verbis Pindari, quid de loco Tantali poenæ senserit, nullo modo concludere posse.

[1] Cfr p. 54[3].

[2] Ταντάλου λίθον impendentis belli metum Pindarus appellat, ut Schol. Vet. ad Pind. Isthm. 8: 17 Abel explicat: Ταντάλου γὰρ λίθον εἴρηκε μεταφορικῶς τὸν ἐπικρεμάμενον καὶ προσδοκώμενον τοῖς Ἕλλησι φόβον τῆς προειρημένης στρατείας διὰ τὸ μυθολογεῖσθαι τῷ Ταντάλῳ λίθον ἐπαιωρεῖσθαι.

[3] Num Sopater verba Aristotelis reddat, in dubio hæret. Quæ, nisi illius sunt, ad Sopatrum ipsum redeunt.

[4] Credibile mihi videtur Hyperidem Tantali supra caput in Tartaris saxum esse suspensum putasse. Cfr *Porsonium,* Eur. Or. p. 9.

[5] Prorsus verisimile est Ciceronem h. l. ut in Tusculanis, libro 4 (v. p. 31), Tantali poenam in inferis collocasse.

Plutarchus, de facie in orbe lunæ 24 = Mor. 937 E: τοῖς μὲν γὰρ ὑπὸ τὴν σελήνην οἰκοῦσιν, ὥσπερ Ταντάλοις, ὑπὲρ κεφαλῆς ἐκκρέμασθαί φασι.

Libanius, Or. invect. in Lucianum Morellus 2, p. 435 = Reiske 3, p. 210: Ταντάλους ἅπαντας ἐποίησε (Lucianus) τοὺς [1] ὑπὸ τῷ λίθῳ. λίθος γὰρ ὁ φόβος εἰρήσθω μοι.

Libanius, Ep. 603: οὐδαμοῦ γὰρ δοὺς θαρρῆσαι περὶ τοῦ μέλλοντος κύκλῳ βαδίζεις, ἐπικρεμάσας ἡμῖν τὸν Ταντάλου πέτρον. Ἵν' οὖν μὴ ὦμεν Τάνταλος, τὴν κεφαλὴν ἀπάλλαξον τοῦ λίθου.

Libanius, Ep. 725: τοῦτο δέ ἐστιν ὁ Τάνταλος δεδοικὼς τὸν λίθον.

Gregorius Naz., Ep. 4 Migne: σὺ δὲ μὴ θαύμαζε . . . τὸν κορυφῆς ὑπερτέλλοντα τένοντα, ὃς Ταντάλειον ὑμῖν ποιεῖ τὴν ζωήν.

Synesius, Or. de regno 14 Migne: δεῖ γὰρ . . . οἴεσθαι τὸν Ταντάλου λίθον ὑπὲρ τῆς πολιτείας λεπτοῖς καλωδίοις ἠρτῆσθαι.

Hierocles in Pseudo-Pythagoric. carm. vv. 17--20: ὁ ἀδικῶν οὐ βούλεται εἶναι θεόν, ἵνα μὴ τὸ διδόναι [2] δίκην, ὡσπερεί τινα Ταντάλου λίθον ἐπικρεμάμενον, ἔχῃ.

Apollinaris Sidonius 2, ep. 13: acumine gulam formidolosi Tantaleo frenabat (mucro Damoclis) exemplo.

Nicephorus Gregoras, Hist. Byz. 6: 11, p. 129 B: . . . οἷά τινα λίθον φοβεῖσθαι Ταντάλειον ἀπὸ λεπτοῦ τινος μίτου μετεωριζόμενον ἐπὶ κεφαλῆς.

Nicephorus Greg., Hist. Byz. 8: 4, p. 184 D: ὥσπερ τινὰ Ταντάλειον φόρτον ἀποσεισάμενοι (Thraces te sequentur) [3].

[1] ἐποίησε τούς Reiske; ἐποιήσατο Morellus.

[2] δοῦναι cod. Vindobonensis 314.

[3] Verisimillimum est eum putasse et φόρτον idem esse atque λίθον et Tantalum apud inferos torqueri, ad quam sententiam corroborandam locus Nicephori 19: 1 (v. p. 78) expromi potest, ubi et in media palude Tantalum stare dicit et utitur verbis φόρτον τοῦ λίθου.

Nicephorus Greg., Hist. Byz. 16: 4, p. 513 F: κίνδυνον ὑπὲρ κεφαλῆς αἰωρούμενον, οἱονεί τινα λίθον Ταντάλειον.

Nicetas Choniata, Alex. Manuel. p. 169 B: πέτρον ἀεὶ κατὰ Τάνταλον ὑπὲρ κεφαλῆς ἀνατέλλοντα.

Quod supplicium hæc tria proverbia genuit:

ἐπειδὴ τὸν Ταντάλου λίθον τῆς κεφαλῆς ἀπετιναξάμεθα, ut tradunt

Suidas, v. ἐπειδὴ τὸν Ταντάλου λίθον τῆς κεφαλῆς ἀπετιναξάμεθα: λέγεται ἐπὶ κινδύνου τινὸς ἐπηρτημένου καὶ παρελθόντος. ἢ ἐπὶ τοῦ ἀρξαμένου τινὸς πράγματος, εἶτα ὀλιγωρήσαντος.

Apostolius, Cent. 7: 60: ἐπειδὴ τὸν Ταντάλου λίθον τῆς κεφαλῆς ἀπετ.: λέγεται ἐπὶ κινδύνου τινὸς ἐπηρτημένου καὶ παρελθόντος. ὁ δὲ Τάνταλος υἱὸς ἦν τοῦ Διός. οὗτος ἠξιώθη τῆς τραπέζης τῶν θεῶν καὶ ἀξιωθεὶς ἐδημοσίευσε τὰ μυστήρια αὐτῶν. καὶ κολάζεται κόλασιν διὰ τοῦτο τοιάνδε· ἔστιν ἐν τοῖς ὑπὸ γῆν δικαιωτηρίοις[1] ἔχων πέτραν ἐπάνω αὐτοῦ καὶ κάτω ὕδωρ πολὺ καὶ βλαστήματα καρποφόρα καὶ ἤρτηται ὁ λίθος κατ' αὐτοῦ. ἐὰν οὖν θέλῃ πιεῖν ἐκ τοῦ παρακειμένου ὕδατος, πίπτει ἡ πέτρα ἐπάνω αὐτοῦ καὶ τιμωρεῖται ἐκ τούτου. ὅτι λιμῷ καὶ δίψει τήκεται, ὁρῶν μὲν ἀφ' ὧν δεῖ φαγεῖν καὶ πιεῖν, μὴ δυνάμενος δὲ διὰ τὴν ἐπηρμένην πέτραν.

Arsenius, Viol. p. 237 (vide supra Apostolium 7: 60, cuius verba exscripsit).

ὁ Ταντάλου λίθος[2] ὑπὲρ κεφαλῆς ταλαντεύεται, ut referunt

Gregorius Cyprius, cod. Mosq. Cent. 4: 78: ὁ Ταντάλου λίθος ὑπὲρ κεφαλῆς ταλαντεύεται: ἀντὶ τοῦ φόβος ἡμᾶς ἔχει διηνεκής.

Apostolius, Cent. 13: 11: ὁ Ταντάλου λίθος sqq.: ἀντὶ τοῦ φόβος ἡμᾶς ἔχει διηνεκής.

---

[1] Perhibet igitur apud inferos Tantalum poena affici.

[2] Cfr *Erasmum Roterod.*, Coll. Fam. p. 747: lapis ille Tantaleus; p. 750: Dominus tollet saxum Tantaleum. Scite *Otto*, Arch. für Latein. Lexikogr. 3 (1886), p. 224, hoc proverbium de periculo aliquo semper impendente accipit. Cfr etiam Die Sprichwörter der Römer, Lpz. 1890, p. 340.

Arsenius, Viol. p. 389, qui Apostolium, Cent. 13: 11, exscripsit.

Idem proverbium sine dubio sub verbis Suidæ latet: τὸν Ταντάλου λίθον οἴεσθαι ὑπὲρ κεφαλῆς λεπτοῖς καλωδίοις ἠρτῆσθαι: ἐπὶ τῶν ἀμηχάνων.

Ταντάλου φόβον φοβοῦμαι, ut testatur scholiasta Byzantinus ad Eur. Or. 6: παροιμία Ταντάλου φόβον φοβοῦμαι. ἔτι τε πρὸς τὴν ἑτέραν ἱστορίαν Ταντάλου δίψαν διψῶ.

In Tartaris denique Tantalum poenas pendentem invenimus[1], quarum in descriptione auctores non eandem viam sequuntur. Nonnumquam enim universe de iis loquuntur, ut

Xenophon, Oecon. 21: 12: ὥσπερ ὁ Τάνταλος ἐν Ἅιδου λέγεται τὸν ἀεὶ χρόνον διατρίβειν φοβούμενος μὴ δὶς ἀποθάνῃ.

Horatius, carm. 2: 13, 37:

> Pelopis parens
> dulci laborum[2] decipitur sono.

Horatius, carm. 2: 18, 36:

> Hic (Orcus) superbum
> Tantalum atque Tantali
> genus coërcet.

Seneca, Thyest. 91 (v. p. 33).

Seneca, Thyest. 1011 Peiper-Richter:

> Th.: Non ad infernam Styga
> tenebrasque[3] mergis? . . . . . Stare circa Tantalum
> uterque (Thyestes, Atreus) iam debuimus.

Diodorus Siculus 4: 74 (v. p. 8).

Schol. ad Demosth. 24: 104 Baiterus-Sauppius 2, p. 117: 43: ἵνα ἐν Ἅιδου τοῖς ἀσεβέσι] οἷον τοῖς περὶ τὸν Τάνταλον.

---

[1] Etiam Ixion, qui immortalitate donatus contra deos peccat, de aëre, ubi primo poenas sumpsit, in Tartara demittitur.

[2] *laborum* codd. Parisini 7972, 7975; *laborem* cod. Bernensis 363.

[3] *te nosque* codd.; *tenebrasque* B. Schmidt, alii,

Lucianus, Necyomant. 14: εἶδον . . . (in inferis) τὸν Φρύγα Τάνταλον χαλεπῶς ἔχοντα [1].

Lucianus, Catapl. 29: παρὰ τὸν Τάνταλον ἀπαχθείς (Megapenthes damnatus).

Aelianus, fr. 452 Hercher, apud Suidam v. Σοβαρός: ἀλλὰ ταῦτα τεκμήρια ἐναργῆ τῆς Ταρταρώδους καὶ Τανταλείου αὐτοῦ τιμωρίας. ὃς κακὰ πόλλ' ἔρδεσκεν, ὃς κακὰ πόλλ' ἀποτίσεται.

Diogenes Epicureus apud Usenerum, Rhein. Mus. 47 (1892), p. 428, 12 a l. 3: φοβοῦμαι γὰρ οὐδὲν διὰ τοὺς Ταν(τ)άλους, οὓς ἀναγράφουσιν ἐν Ἅ(ιδου) τινές [2].

Incerti elegia de fort. viciss. v. 9 (v. p. 26).

Epigr. sepulcr. C. I. G. 9688 b = Kaibel, Epigr. Gr. 734 b:

ὃ ποτε πλούσιος
περὶ τέκνα νῦν
κακὸν κακῶς
τηρῶν ὡς Τάνταλος
ΙCΑΛΊΙΙΥΛΙ [3].

Lactantius Placidus ad Stat. Theb. 1: 246 (v. p. 34).

Theophylactus Simocattes, ep. 67 (v. p. 35).

Scholia Bernensia ad Verg. Georg. 3: 7 (v. p. 42).

Sæpissime autem certa aliqua poena nominatur: aut metus lapidis imminentis aut fames sitisque aut horum suppliciorum utrumque. Sed in Orco Tantalo *saxum* in caput imminere auctorum perpauci perhibent,

Plato, Cratyl. 395 d: τῷ δὲ Ταντάλῳ καὶ πᾶς ἂν ἡγήσαιτο τοὔνομα ὀρθῶς καὶ κατὰ φύσιν τεθῆναι, εἰ ἀληθῆ τὰ περὶ αὐτὸν λεγόμενα. — τὰ ποῖα ταῦτα; — ἅ τέ που ἔτι ζῶντι

[1] χαλεπῶς ἔχοντα omittunt codd. Vindobonensis 123, Monacensis 490, alii; χαλεπῶς τε ἔχοντα codd. Parisini 1428, 2954, 3011, Florentinus; χαλεπῶς ἔχοντα codd. Marcianus 434, alii; χαλέπ' ἄλγε' ἔχοντα ci. Fritzschius.

[2] Hæc lapis monstrat, insculptus anno fere 200 p. Chr. n. atque nuper Oinoandæ Lyciæ inventus.

[3] [κ]λ[αίω, πικρῶς?] Kirchhoff; κολάζομαι Kaibel.

δυστυχήματα ἐγένετο πολλὰ καὶ δεινά, ὧν καὶ τέλος ἡ πατρὶς αὐτοῦ ὅλη ἀνετράπετο, καὶ τελευτήσαντι ἐν Ἅιδου ἡ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τοῦ λίθου ταλαντεία θαυμαστὴ ὡς σύμφωνος τῷ ὀνόματι. καὶ ἀτεχνῶς ἔοικεν, ὥσπερ ἂν εἴ τις βουλόμενος ταλάντατον ὀνομάσαι, ἀποκρυπτόμενος ὀνομάσειε καὶ εἴποι ἀντ' ἐκείνου Τάνταλον, τοιοῦτόν τι καὶ τούτῳ τὸ ὄνομα ἔοικεν ἐκπορίσαι ἡ τύχη τῆς φήμης [1].

Lucretius, de rer. nat. 3: 978 Munro:

Atque ea nimirum [2], quæcumque Acherunte profundo
prodita sunt esse, in vita sunt omnia nobis.
Nec miser impendens magnum timet aëre saxum [3]
Tantalus, ut famast, cassa formidine torpens.

Cicero, Tusc. 4: 16, 35 (v. p. 31) [4].

Dio Chrysostomus, de tyrannide Or. 55 Arnim = 6: 97 Reiske: . . . ὥστε τὸν ἐν Ἅιδου Τάνταλον, ὅν φασι κεφαλῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνειν πέτρον [5], πολὺ ῥᾷον διάγειν (quam tyrannum). οὐ γὰρ δὲ ἔτι φοβεῖται ὁ Τάνταλος μὴ ἀποθάνῃ. τῷ δὲ τυράννῳ ζῶντι τοῦτο συμβέβηκεν, ὃ ἐκείνῳ νεκρῷ λέγουσιν.

Philostratus, Vit. Apoll. 3: 25, 2. p. 115: . . . ἐν Ἅιδου (poetæ) . . . Τάνταλον . . . λίθους αὐτῷ ἐπικρεμάσαντες . . . (v. p. 37) [6].

Gregorius Nazianzenus, Or. 5: 38 Migne: ἐπὶ τοὺς σοὺς ἐλθὲ λόγους καὶ φόβους . . . καὶ Ἀχέροντας, οἷς ἀδικίαν κολάζουσι, . . . Τάνταλος . . . Ἰουλιανὸς μετ' ἐκείνων ἀριθμη-

[1] Eusebius Pamph., Præpar. Evang. 11: 6, p. 518 Migne: τὸν δὲ Τάνταλον ταλάντατόν τινά φησι, διὰ τὰ περὶ αὐτὸν δυστυχήματα, σημαίνειν. . . . ταῦτα εὕροις ἂν εἰρημένα τῷ Πλάτωνι.

[2] *Atque ea nimirum* codd. nonnulli; *Atqui animarum etiam* alii.

[3] Etiam Lucretius videtur verba Euripidis (Or. v. 6, 7) prave esse interpretatus.

[4] Unde Cicero versum laudatum sumpserit, nescimus.

[5] Quid dictum vellet Euripides (Or. 6), non intellexit *Dio*.

[6] Credit etiam ille, sicut postea propagata est fabula, Tantalum nullo alio loco nisi in Tartaris supplicium sumpsisse.

θήσεται . . . οὐ δίψῃ κολαζόμενος ἐν λίμναις ἐπιγενείοις ἢ κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον, ὡς τῇ τραγῳδίᾳ δοκεῖ, ἀεὶ μὲν ἀνωθούμενον, ἀεὶ δὲ κατασυρόμενον [1] . . . εἴτε ἀλήθεια ταῦτά ἐστιν, εἴτε μῦθος παραδεικνὺς τὴν ἀλήθειαν ἐν τοῖς πλάσμασιν.

Gregorius Naz., epitaph. in Martinianum, in Anthol. Palat. 8: 104:

εἴ τις Τάνταλός ἐστιν ἐν ὕδασιν αὖος ἀπίστοις,
εἴ τις ὑπὲρ κεφαλῆς πέτρον ἀεὶ φοβέων [1], . . . 2
ἄλλαι τε φθιμένων τίσιες εἰν Ἄϊδι, ... 6

Paulus Silentiarius in Anthol. Pal. 5: 236:

ναὶ τάχα Ταντελέης Ἀχερόντια πήματα ποινῆς
ἡμετέρων ἀχέων ἐστὶν ἐλαφρότερα.
οὐ γὰρ ἰδὼν σέο κάλλος ἀπείργετο χείλεα μίξαι
χείλεϊ σῷ ῥοδέων ἀβροτέρῳ καλύκων,
Τάνταλος ἀκριτόδακρυς, ὑπερτέλλοντα δὲ πέτρον
δείδιεν. ἀλλὰ θανεῖν δεύτερον οὐ δύναται.

Etiam in vase[2] tertio a. Chr. n.[3] sæculo in Italia inferiore fabricato atque picto quod Canusii mense Sept. anni 1813[4] inventum nunc in museo Monacensi n. 849 servatur, Tantalus, qui veste regum Phrygiorum indutus in manu dextera sceptrum eburnum tenet, formidine attonitus, id quod oculis immotis, capite reclinato, digitis manus sinistræ diductis, quæ tamquam si periculum propulsaret est sur-

[1] Etiam hic perhibet Tantalum in tragoedia apud inferos saxum cervici imminens expavescere. Suspicari igitur possumus hæc non ad fabulam vetustam sed ad locum Euripideum (Or. 6) prave intellectum redire.

[2] De libris, in quibus hoc vasculum tractatum depictumve est, vide *Winklerum,* Darst. d. Unterw. auf Unterital. Vasen, Breslau 1888, p. 4.

[3] *Winkler,* Darstell. p. 82, *Rohde,* Psyche, p. 293.

[4] *Millin,* Descript. des tombeaux de Canose, Paris 1816, p. 2.

sum porrecta, motu statuque totius corporis exprimitur, in Tartaris a saxo [1] sibi impendente [2] recedit [3].

Plurimi autem auctores eum in Orco collocavere *sitientem et esurientem,* undas et fructus, quæ usque quasi illudentia recedunt [4], appetentem [5]. Id enim perhibent

Homerus, Odyss. 11: 582 [6]:

[1] *Valentin,* Orpheus und Herakles in der Unterw. p. 29 teste *Winklero,* Darstell. p. 8, non intellegens, cur manum sustulerit, pro saxo arborem in tabula picta videt.

[2] In eadem imagine etiam tres inferorum iudices picti sunt. Quorum tamen unum Tantalum esse credit *Millin,* Descr. des tomb. de Canose p. 23: "le roi dans le costume asiatique est peut-être ce même Tantale que nous retrouvons plus bas au rang des tourmentés". Cfr tamen p. 22.

[3] Hominem in vase Cyrenaico, quod anno circiter 550 a. Chr. n. confectum in Wien. Vorl.-Bl. D. IX, 7 delineatione redditur atque in museo Gregoriano Etrusco Vaticani n. 275 servatur, pictum viros doctos Tantalum esse coniecisse testatur *Helbig,* Führer 2, p. 300. Ille vero nequaquam saxum imminens pertimescit, ut concludere possumus e genibus inflexis et manu sinistra medium corpus arripiente. Sine dubio aliquid sustinet. Sed in Tartaris caelum sustinens cogitari non potest. Si vero ob commissa scelera in Orco punitur, in promptu videtur eum esse Sisyphum. Qui in aliis quoque tabulis humeris saxum portans pingitur. Cfr Wien. Vorl.-Bl. B. XI, 3 c. Alii tamen putant eum esse Atlantem, velut *Loeschcke, Puchstein,* Archäol. Ztg. 39 (1881), pp. 217, 247.

[4] *Knaack,* N. Jahrbb. für Phil. 135 (1887), p. 320, in errorem verbis scholiastæ Eur. recentioris cod. Vat. [(A) (εἰς τὸν Ἠριδανὸν ποταμὸν κρέμαται ὁ Τάνταλος)] inductus de Tantalo in Eridano poenæ causa aliquo modo pendente loquitur.

[5] Supplicium simillimum etiam Indi excogitarunt fingentes sitire sceleratos in medio Gange, cuius aquæ ut biberent optantibus in sanguinem mutarentur. Cfr *Oldenbergium,* Religion des Veda, Berl. 1894, p. 561. Eodem fere modo in sacris Mohammedi scriptis narrantur condemnati aliqui in Tartaris aquam igni fervescentem, quæ viscera eorum liquefaciat, bibere (Cor. 10: 4; 47: 17) atque cibum edere non nutrientem neque famem sedantem (Cor. 88: 6—7). Cfr *Ruelingium,* Beitr. zur Eschatol. des Islam, Lpz. 1895, p. 30.

[6] *Homero* ipsi hos versus tribuunt *Plato,* Gorg. 525 d: βασιλέας ἐκεῖνος (Homerus) πεποίηκε τοὺς ἐν Ἅιδου τὸν ἀεὶ χρόνον τιμωρουμένους, Τάνταλον . . . .; *Pausanias* 10: 31, 12 (v. p. 83); *Iamblichus,* de Pythag. vita 34: 245 (v. p. 65); *Eustathius* p. 1700: 21 (v. p. 46); *Natalis Comes,* Mythol. 6: 18 (v. p. 65); *Stark,* Niobe, p. 432, *Theiss,* Nachträge p. 9, *Havet,* Revue de Phil. 12 (1888), p. 166, *alii, poetæ Homero recentiori*

καὶ μὴν Τάνταλον εἰσεῖδον χαλέπ'[1] ἄλγε' ἔχοντα,
ἑσταότ'[2] ἐν λίμνῃ. ἡ δὲ προσέπλαζε γενείῳ.
στεῦτο δὲ διψάων, πιέειν δ' οὐκ εἶχεν ἑλέσθαι.
ὁσσάκι γὰρ κύψει' ὁ γέρων πιέειν μενεαίνων,
τοσσάχ' ὕδωρ ἀπολέσκετ' ἀναβροχέν, ἀμφὶ δὲ ποσσὶ
γαῖα μέλαινα φάνεσκε, καταζήνασκε δὲ δαίμων.
δένδρεα δ' ὑψιπέτηλα κατὰ κρῆθεν[3] χέε καρπόν,
ὄγχναι καὶ ῥοιαὶ καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι
συκαῖ[4] τε γλυκεραὶ καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι.
τῶν ὁπότ' ἰθύσει' ὁ γέρων ἐπὶ χερσὶ μάσασθαι,
τὰς δ' ἄνεμος ῥίπτασκε[5] ποτὶ νέφεα σκιόεντα[6].

Aristarchus teste Schol. ad Pind. Ol. 1: 97 [(v. p. 45) (cfr Schol. ad Od. 11: 568)], *Porson*, Eur. Or. p. 7, *Jacob*, Entsteh. der Ilias und der Odyss., Berlin 1856, p. 440, *Kammer*, Einh. der Odyss., Lpz. 1873, p. 536, *Comparetti*, Phil. 32 (1873), p. 243, *A. Kirchhoff*, Homer. Odyss.[2], Berl. 1879, p. 232, *B. Niese*, Entwickel. der Hom. Poesie, Berl. 1882, pp. 166, 168, *Rohde*, Psyche, Freiburg 1890, pp. 46, 51, 57, *P. Cauer*, Grundfragen der Homerkritik, Lpz. 1895, p. 214, *alii* (cfr Ameisium-Hentzium, Anh. zu Hom. Od. 2[2], p. 112), *interpolatori* sexti sæculi a. Chr. n. *Orphico Wilamowitz*, Hom. Unters, Berl. 1884, pp. 142, 199, 206—7, *Thræmer* Perg. p. 85, *Wagner*, Epit. Vaticana ex Apollod., Lpz. 1891, p. 159, *Robert*, Nekyia des Polygnot (sechsz. Hallisches Winckelmannsprogram), Halle 1892, p. 77, Gr. Mythol. 1[4], Berl. 1894, p. 820, *Dieterich*, Nekyia, Lpz. 1893, p. 76.

[1] χαλέπ' inter alios cod. Harleianus; κρατέρ' codd. inferioris notæ, Ameis-Hentze.

[2] ἑσταότ' codd, Schol. ad Pind. Ol. 1: 97, Sextus Empiricus adv Mathem. p. 567, Dindorf, Kirchhoff, Cauer; ἑστεῶτ' Aristarchus ad Il. 24: 701 teste Didymo (M. Schmidt, Didymi Gram. Frgm., Lpz. 1854, p 179), La Roche, Pierron, Ludwich, Ameis-Hentze.

[3] κατὰ κρῆθεν inter alios cod. Harleianus, Aristarchus ad Il. 16: 548 teste Herodiano (cfr Lentzium, 2, p. 102: 29; v. etiam 2, p. 153: 1); κατακρῆθεν, κατάκρηθεν, κατ' ἀκρῆθεν, κατ' ἄκρηθεν codd. deteriores. De his formis cfr *Danielssonium*, Gram. und Etym. Stud. 1, Upsala 1888, pp. 4 sqq., *I. Schmidtium*, Pluralb. der Idg. Neutra, Weimar 1889, pp. 363 sqq.

[4] συκαῖ inter alios cod. Harleianus, Cauer; συκέαι codd. deteriores, Dindorf, Pierron, Kirchhoff, Ludwich, Ameis-Hentze.

[5] ῥίψασκε Kirchhoff, Cauer.

[6] Hos versus, ad quos sæpissime auctores alludunt, ut *Plato*, Protag. 315 c (v. p. 3), Gorg. 525 d (v. p. 63), *Iamblichus*, de Pythag. vita

Pseudo-Plato, Axioch. 371 e: . . . διὰ Ταρτάρου. ἔνθα . . . . Ταντάλου δίψος . . . .

Polybius 4: 45, 6: (Byzantii) ὑπομένουσί τινα καὶ τιμωρίαν Ταντάλειον κατὰ τὸν ποιητήν. ἔχοντες γὰρ χώραν γενναιοτάτην, ὅταν διαπονήσωσι ταύτην καὶ γένηται τὸ τῶν καρπῶν πλῆθος τῷ κάλλει διαφέρον, κἄπειτα παραγενηθέντες οἱ βάρβαροι τοὺς μὲν καταφθείρωσι, τοὺς δὲ συναθροίσαντες ἀποφέρωσι, τότε δὴ χωρὶς τῶν ἔργων καὶ τῆς δαπάνης καὶ τὴν καταφθορὰν θεώμενοι διὰ τὸ κάλλος τῶν καρπῶν σχετλιάζουσι καὶ βαρέως φέρουσι τὸ συμβαῖνον.

Cicero, Tusc. 1: 5, 10: Num te illa terrent . . . apud inferos . . . mento summam aquam attingens enectus siti Tantalus[1] . . . .?

Tibullus 1: 3, 77:

Tantalus est illic (in nocte profunda), et circum stagna:
sed acrem
iam iam poturi deserit unda sitim[2].

34: 245, qui dicit auditores aliquos Pythagoræ doctrinam magistri non magis gustare quam Tantalum aquam et fructus (οἱ δέ, ὥσπερ Ὅμηρός φησι τὸν Τάνταλον, λυπῶνται, παρόντων αὐτῶν ἐν μέσῳ τῶν ἀκουσμάτων μηδὲν ἀπολαύοντες). *Eustathius*, p. 1700: 21 (v. p. 46), *Natalis Comes*, Mythol. 6: 18 (At Homerus lib. 11 Odyss. non a furiis terreri ait Tantalum apud inferos sed perpetua siti vexari et in aqua esse perpetuo, quæ usque ad mentum assurgit. Sed quoties labris attingere conatur, illa statim refugit. Quod ipsum faciunt varia fructuum genera, quorum desiderio semper discruciatur), irridet *Lucianus*, Dial. Mort. 17 (v. p. 71), *Sextus Empiricus* severe reprehendit, adv. Mathem. p. 567: εἰ γὰρ μήποτε ὑγροῦ καὶ τροφῆς ἐγεύετο (Tantalus), πῶς διέμενεν ἀλλ' οὐ σπάνει τῶν ἀναγκαίων διεφθείρετο; εἰ δὲ ἀθάνατος ἦν, πῶς τοιοῦτός ἐστι; μάχεται γὰρ ἀθάνατος φύσις ἀλγηδόσι καὶ βασάνοις, ἐπείπερ πᾶν τὸ ἀλγοῦν θνητόν ἐστιν. ἀλλὰ γὰρ ὁ μὲν μῦθος οὕτως ἐν αὐτῷ τὸν ἔλεγχον περιεῖχεν. Cfr adv. Mathem. p. 279.

[1] Cfr *Nonium Marcellum*, de var. signif. serm. lib. 4, p. 401: 29, *Priscianum*, Inst. lib. 9, p. 861, *Bergkii* Opuscula Philolog. 1, p. 345.

[2] *Natalis Comes*, Mythol. 6: 18: Tibullus autem videtur id tantum datum fuisse Tantalo supplicium existimasse, quod esset in aqua perpetuaque siti cruciaretur.

Propertius 1: 9, 15:

Nunc tu
insanus medio flumine quæris aquam [1].

Propertius 2: 1, 65:

Hoc si quis vitium (= amorem) poterit mihi demere, solus
Tantaleæ [2] poterit tradere poma manu [3].

Propertius 3: 8, 5 Paley:

Vel tu Tantalea moveare ad flumina sorte,
ut liquor arenti fallat ab ore sitim . . . .

Propertius 4: 5, 42 Paley:

(Sub terris) . . . num sitis inter aquas.

Propertius 5: 11: 24 Paley:

Fallax Tantaleo [4] corripiare (apud inferos) liquor.

Horatius, Sat. 1: 1, 68:

Tantalus a labris sitiens fugientia captat
flumina. Quid rides? Mutato nomine de te
fabula narratur: congestis undique saccis
indormis inhians et tamquam parcere sacris
cogeris aut pictis tamquam gaudere tabellis.

Horatius, Epod. 17: 65:

Optat quietem Pelopis infidi pater
egens benignæ Tantalus semper dapis.

Aelius Gallus in Anthol. Pal. 16: 89 (v. p. 24).
Ovidius, Amor. 2: 2, 43 (v. p. 33).

---

[1] I. e. nunc tu fortunam satis non nosti tuam.

[2] *Tantalea* codd., Jacob, Hertzberg, alii; *Tantaleæ* ci. Beroaldus, Barth, Kuinoel, Lachmann, Paley.

[3] I. e. manui.

[4] I. e. Τανταλέῳ. Tyndareus: Tyndarus = Tantaleus: Tantalus.

Ovidius, Amor. 3: 7, 50 (v. p. 33).
Ovidius, Amor. 3: 12, 30:

Proditor in medio Tantalus amne sitit.

Ovidius, Epist. 17: 181 Ehwald:

Velle quid est aliud fugientia prendere poma
spemque suo refugi fluminis ore sequi?

Ovidius, Ars am. 2: 605 (v. p. 33).
Ovidius, Metam. 4: 458:

(ad infernas sedes) tibi, Tantale, nullæ
deprenduntur aquæ; quæque imminet, effugit arbos.

Ovidius, Metam. 10: 41:

(in Tartaris) nec Tantalus undam
captavit refugam.

Ovidius, Ib. 191 Merkel:

Hic (in Tartaris) et erit, ramos frustra qui captet et undas.

Phædrus, Fab. Aesop. append. 5: 7 L. Mueller (v. extremo hoc libro).

Philo Iudæus, Rer. divin. hær. p. 518: διψᾷ μὲν γὰρ ἀεί, πιεῖν δὲ ἀδυνατεῖ, Ταντάλειον τιμωρίαν ὑπομένουσα (cupiditas).

Philo Iudæus, de decal. p. 765: . . . Ταντάλειον τιμωρίαν ἐπιφερούσης τῆς ἐπιθυμίας. ἐκεῖνός τε γὰρ ὧν ὀρεχθείη πάντων ὁπότε μέλλοι ψαύσειν, ἀπετύγχανεν, ὅτε κρατηθεὶς ἐπιθυμίᾳ διψῶν ἀεὶ τῶν ἀπόντων οὐδέποτε πληροῦται . . .

Seneca, Herc. fur. 756 Peiper:

In amne medio faucibus siccis senex
(apud inferos) sectatur undas. Alluit [1] mentum latex.
Fidemque quum iam sæpe decepto dedit,
perit unda in ore, poma destituunt famem.

Seneca, Med. 748 Peiper:

Tantalus securus undas hauriat Pirenidas.

---

[1] *Abluit* codd.; *alluit* editt.; *ludit ad* Bentley, N. Jahrbb. für Phil. 125 (1882), p. 482.

Seneca, Agam. 19:

(in Tartaris) inter undas fervida exustus siti
aquas fugaces ore decepto appetit
poenas daturus coelitum dapibus graves?

Seneca, Agam. 806:

En[1] ecce defessus senex (apud inferos)
ad ora ludentes aquas
non captat oblitus sitim.

Seneca, Thyest. 1: Umbra Tantali:

Quis me inferorum sede ab infausta extrahit,
avido fugaces ore captantem cibos?
Quis male deorum Tantalo visas[2] domos
ostendit iterum? Peius inventum est siti
arente in undis aliquid, et peius fame
hiante semper?

Seneca, Thyest. 68 (v. p. 39).

Seneca, Thyest. 97:

Tant.: Quid famem infixam intimis
agitas (Megæra) medullis? Flagrat incensum siti
cor et perustis flamma visceribus micat.

Seneca, Thyest. 137:

Sicci progenies impia Tantali.

Seneca, Thyest. 149 (v. p. 39).

Seneca, Hercul. Oet. 947:

Me (Deianiram) vagus fugiat latex
meamque fallax unda deludat sitim.

[1] *Et* codd.; *en* Richter.

[2] *Visas* codd. meliores; *vivas* codd. deteriores.

Seneca, Hercul. Oet. 1079:

Phrygius[1] senex
undis stantibus immemor
excussit rabidam sitim
nec pomis adhibet manus.

Seneca, de morte Claudii lud. 14: 3: Erant, qui dicerent . . . (apud inferos) Tantalum siti periturum, nisi illi succurreretur.

Pseudo-Seneca, Octav. 633:

(in Tartaris) Tantali vincat sitim.

Petronius Arbiter, Sat. cap. 82:

Non bibit inter aquas poma aut pendentia carpit[2]
Tantalus infelix, quem sua vota premunt.
Divitis hæc magni facies erit, omnia cernens[3]
qui tenet[4] et sicco concoquit ore famem.

Statius, Theb. 4: 537:

Quis[5] enim . . . .
fallentesque lacus (Tantali)
nesciat?

Statius, Theb. 6: 280 (v. p. 25).
Statius, Theb. 8: 51:

cur non exspectant Tantalon undæ?

Martialis 10: 5, 16 (v. p. 34).

[1] *Stygius* codd. meliores; *Phrygius* codd. deteriores.

[2] *Nec bibit inter aquas nec poma patentia carpit:* Fulgentius, Myth. 2: 18 (v. p. 74).

[3] *Late* scr. Fulgentius; *circum* ci. Buecheler.

[4] *Timet* cod. Leidensis, Pithoeus, Tornæsius, Hadrianides, Orelli; *tenet* Fulgentius, Vincentius, Wernsdorf, Buecheler.

[5] *Quis* cod. Puteaneus; *quid* alii codd.

Lucilius Iunior, Aetn. 81 Baehrens:

Sollicitant idem[1] (vates) te siccum[2], Tantale, coena[3] sollicitantque siti.

Dio Chrysostomus, de fortuna Or. 64: 594 Reiske: Τάνταλος δὲ ἄρα ἐπὶ γήρως ἀργὸς ἦν. διὰ τοῦτο ἄρα μέχρι τῶν χειλέων ηὐδαιμόνει καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μόνον ηὐτύχει. τὰ πάντα δὲ ἐκεῖνα ἁρπασθέντα οἴχεται καὶ λίμνη καὶ καρποὶ καὶ τροφὴ καὶ ποτὸν ὑπὸ τῆς τύχης οὕτως γ' ὡς ὑπὸ πνεύματος.

Plutarchus, de vit. ære al. 4 = Mor. 829 A: (apud inferos) τοὺς δὲ ὥσπερ Ταντάλους ἐφεστῶτες εἴργουσι γεύσασθαι τῶν ἰδίων, τρυγῶντας καὶ συγκομίζοντας.

Strato in Anthol. Pal. 12: 175, 8:

κἀκεῖ Τειρεσίην ἢ Τάνταλον ἐς πότον ἕλκε,
τὸν μὲν ἐπ' οὐδὲν ἰδεῖν, τὸν δ' ἐπὶ μοῦνον ἰδεῖν.

Lucianus, Char. 15: αἱ δ' ἐλπίδες ὑπὲρ κεφαλῆς αἰωρούμεναι, ὁπόταν μάλιστα οἴηταί τις ἐπιλήψεσθαι αὐτῶν, ἀναπτάμεναι οἴχονται κεχηνότας αὐτοὺς ἀπολιποῦσαι, ὅπερ καὶ τὸν Τάνταλον κάτω πάσχοντα ὁρᾷς ὑπὸ τοῦ ὕδατος.

Lucianus, de luctu 8: (in impiorum loco) ὁ μὲν γὰρ Τάνταλος ἐπ' αὐτῇ τῇ λίμνῃ αὖος ἕστηκε κινδυνεύων ὑπὸ τοῦ δίψους ὁ κακοδαίμων ἀποθανεῖν.

Lucianus, Tim. 18: διδόασι γὰρ . . . δίκην οἱ μὲν ὥσπερ ὁ Τάνταλος ἄποτοι καὶ ἄγευστοι καὶ ξηροὶ τὸ στόμα, ἐπικεχηνότες μόνον τῷ χρυσίῳ.

Lucianus, Tragodopod. v. 11:

οὐ Τάνταλον ποτοῖσιν . . . . .
ἔδει κολάζειν ἐν δόμοισι Πλουτέως.

Lucianus, Amor. 53: οὐ πάνυ θυμήρες φόρημα ἐφήβῳ παιδὶ συνδιημερεύοντα Ταντάλειους δίκας ὑποφέρειν καὶ τοῖς

[1] *Illi* codd.; *magna* Itali; *idem* ci. Baehrens.

[2] *Circum* codd.; *siccum* ci. Scaliger.

[3] *Poena* codd.; *coena* ci. Baehrens.

ὄμμασι τοῦ κάλλους μονονουχὶ προσκλύζοντος ἐξὸν ἀρύσασθαι δίψην ὑπομένειν.

Lucianus, Dialog. Mortuor. 17: Menippus: τί κλάεις, ὦ Τάνταλε; ἢ τί σεαυτὸν ὀδύρῃ ἐπὶ τῇ λίμνῃ ἑστώς; — Tantalus: ὅτι, ὦ Μένιππε, ἀπόλωλα ὑπὸ τοῦ δίψους. — Men.: οὕτως ἀργὸς εἶ, ὡς μὴ ἐπικύψας πιεῖν ἢ καὶ νὴ Δί' ἀρυσάμενος κοίλῃ τῇ χειρί; — Tant.: οὐδὲν ὄφελος, εἰ ἐπικύψαιμι. φεύγει γὰρ τὸ ὕδωρ, ἐπειδὰν προσιόντα αἴσθηταί με. ἢν δέ ποτε καὶ ἀρύσωμαι καὶ προσενέγκω τῷ στόματι, οὐ φθάνω βρέξας ἄκρον τὸ χεῖλος καὶ διὰ τῶν δακτύλων διαρρυὲν οὐκ οἶδ' ὅπως αὖθις ἀπολείπει ξηρὰν τὴν χεῖρά μοι. — Men.: τεράστιόν τι πάσχεις, ὦ Τάνταλε. ἀτὰρ εἰπέ μοι, τί δαὶ[1] καὶ δέῃ τοῦ πιεῖν; οὐ γὰρ σῶμα ἔχεις, ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν ἐν Λυδίᾳ που τέθαπται, ὅπερ καὶ πεινῆν καὶ διψῆν ἐδύνατο, σὺ δὲ ἡ ψυχὴ πῶς ἂν ἔτι ἢ διψώης ἢ πίοις[2]; — Tant.: τοῦτ' αὐτὸ ἡ κόλασίς ἐστι, τὸ διψῆν τὴν ψυχὴν ὡς σῶμα οὖσαν. — Men.: ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὕτως πιστεύσομεν, ἐπεὶ φῂς κολάζεσθαι τῷ δίψει. τί δ' οὖν σοι τὸ δεινὸν ἔσται; ἢ δέδιας μὴ ἐνδείᾳ τοῦ ποτοῦ ἀποθάνῃς; οὐχ ὁρῶ γὰρ ἄλλον Ἅιδην μετὰ τοῦτον ἢ θάνατον ἐντεῦθεν εἰς ἕτερον τόπον. — Tant.: ὀρθῶς μὲν λέγεις. καὶ τοῦτο δ' οὖν μέρος τῆς καταδίκης, τὸ ἐπιθυμεῖν πιεῖν μηδὲν δεόμενον. — Men.: ληρεῖς, ὦ Τάνταλε, καὶ ὡς ἀληθῶς ποτοῦ δεῖσθαι δοκεῖς, ἀκράτου γε ἐλλεβόρου νὴ Δία, ὅστις τοὐναντίον τοῖς ὑπὸ τῶν λυττώντων κυνῶν δεδηγμένοις πέπονθας, οὐ τὸ ὕδωρ ἀλλὰ τὴν δίψαν πεφοβημένος. — Tant.: οὐδὲ τὸν ἐλλέβορον, ὦ Μένιππε, ἀναίνομαι πιεῖν, γένοιτό μοι μόνον. — Men.: θάρρει, ὦ Τάνταλε, ὡς οὔτε σὺ οὔτε ἄλλος πίεται τῶν νεκρῶν. ἀδύνατον γάρ. καίτοι οὐ πάντες ὥσπερ σὺ ἐκ καταδίκης διψῶσι τοῦ ὕδατος αὐτοὺς οὐχ ὑπομένοντος.

Lucianus, histor. quom. conscrib. 57: καίτοι ποιητὴς ὢν (Homerus) παραθεῖ τὸν Τάνταλον. . . . . εἰ δὲ Παρθένιος ἢ Εὐφορίων ἢ Καλλίμαχος ἔλεγε, πόσοις ἂν οἴει ἔπεσι τὸ ὕδωρ ἄχρι πρὸς τὸ χεῖλος τοῦ Ταντάλου ἤγαγεν;

[1] δαί codd. Vindob. 123, Monacensis 490; δέ codd. Vaticanus 87, Florentinus.

[2] πίοις codd. Vindob. 123, Vaticanus 87, Marcianus 434, Marc. 436, Florentinus; πίνοις alii.

Lucianus, de dipsadibus 6: ἔφη . . . κεκολάφθαι γὰρ ἐπ' αὐτῇ (columellæ) ἄνθρωπον μέν τινα[1] οἷον τὸν Τάνταλον γράφουσιν ἐν λίμνῃ ἑστῶτα καὶ ἀρυόμενον τοῦ ὕδατος, ὡς πίοι δῆθεν. γεγράφθαι δὲ πρὸς τοὐπίγραμμα[2]·

τοῖα παθόντ' οἶμαι καὶ Τάνταλον αἴθοπος ἰοῦ
μηδαμὰ κοιμῆσαι[3] διψαλέην ὀδύνην[4].

Apuleius, de deo Socratis 22: . . . dominum, qui solus Tantali vice in suis divitiis inops, egens, pauper non quidem fructum[5] illum fugitivum captat et fallacis undæ sitit[6] sed veræ beatitudinis . . . . esurit et sitit.

Athenæus 1: 25 a: Τάνταλος γοῦν οὐδὲ θανὼν ἀπαλλάττεται τῆς τούτων ἐπιθυμίας. εἴπερ ὁ κολάζων αὐτὸν θεὸς προσείων, καθάπερ οἱ τὰ ἄλογα τῶν ζῴων τοῖς θαλλοῖς ἄγοντες, τοὺς τοιούτους καρποὺς ἀποκρούεται αὐτὸν τῆς ἀπολαύσεως, ὅτε τῆς ἐλπίδος ἐγγὺς ἔλθοι.

Vespa, iudic. v. 86:

siccus[7] aqualiculum reddi sibi Tantalus orat.

Philostratus, Vit. Apoll. 3: 25, 2, p. 115 (v. p. 37).

Libanius, Epist. 1135: πρὸς ἕτερον Τάνταλον τὰ τοιαῦτα ἐπιστέλλεις, ἐπεὶ καὶ αὐτός μοι πόθος μὲν τῶν σῶν πηγῶν. πλησίον δὲ αἱ πηγαὶ, πιεῖν δὲ οὐ δίδως.

Pseudo-Libanius, Epist. lat. lib. 3: 11: meliora (mala) sane sunt his, quæ Tantalo poetarum carmina offerunt. Illa enim dumtaxat videntur, nec etiam comedi possunt.

[1] I. e. hominem a dipsade morsum. Qui enim ab hoc anguium genere mordentur, supra modum sitire crediti sunt.

[2] *Jacobs*, Anthol. Græca 2, p. 868, append. 350, *Cougny*, Anthol. Pal. 3, cap. 3, epigr. 121.

[3] κοιμῆσαι codd.; κοιμίσσαι ci. Jacobs.

[4] *Manetho*, Apotelesmat. 5: 186:

. . . διψάδος αἱμοβόρου φοβερὸν θάνατον καθελόντας
Τανταλικῇ κολάσει ὑπὸ γαμφηλῇσιν ὀδοῦσιν
ἰὸν ἐρευγομένης ὑποδίψιον ἄσθματι δεινῷ.

[5] *Fluentem* codd.: *fructum* Lennep, alii.

[6] *Sitim* codd.; *sitit* Mercier, Hildebrand, alii.

[7] *Solus* codd.; *siccus* ci. Haupt.

Gregorius Naz., Epist. 5 Migne: . . . Ταντάλειοί τινες καὶ κατάκριτοι, διψῶντες ἐν ὕδασι.

Gregorius Naz., Or. 5: 38 (v. p. 61).

Gregorius Naz. in Anthol. Pal. 8: 104 (v. p. 62).

Claudianus in Rufinum 2: 509 Koch:

te refugi fallant latices atque ore natanti
arescat decepta sitis[1] (apud inferos).

Claudianus, de raptu Proserpinæ 2: 336:

non aqua Tantaleis subducitur invida labris
(in Tartaris).

Palladas in Anthol. Pal. 9: 377:

Τάνταλος οὐδὲν ἔτρωγε. τιναστομένων γὰρ ὕπερθεν
 καρπὸς ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτὸν ἔφευγε φυτῶν.
καὶ διὰ τοῦτο τροφῆς κεχρημένος ἧττον ἐδίψα.
 εἰ δὲ καὶ ἔτρωγεν σῦκα πεπαινόμενα
καὶ βραβύλους καὶ μῆλα, τί τηλίκον ἀνδράσι νεκροῖς
 δίψος ἀπὸ χλωρῶν γίνεται ἀκροδρύων:
ἡμεῖς δ' ἐσθίομεν κεκλημένοι ἁλμυρὰ πάντα.
 χέννια καὶ τυροὺς, χηνὸς ἁλιστὰ λίπη.
ὄρνια καὶ μόσχεια. μίαν[2] δ' ἐπιπίνομεν αὐτοῖς.
 πάσχομεν οὐκοῦν σεῦ, Τάνταλε, πικρότερα.

Achilles Tatius, Amor. Clit. et Leuc. 2: 35: . . . ὅτι παρακύψαν μόνον οἴχεται (forma puerorum) καὶ οὐκ ἀπολαῦσαι δίδωσι τῷ φιλοῦντι ἀλλ' ἔοικε τῷ τοῦ Ταντάλου πώματι;

Achilles Tatius, Amor. 5: 21: ποταμὸν παρατιθεὶς πολὺν κωλύεις πίνειν. τοσοῦτον χρόνον ὕδωρ ἔχουσα διψῶ, ἐν αὐτῇ καθεύδουσα τῇ πηγῇ. τοιαύτην ἔχω τὴν εὐνὴν οἵαν ὁ Τάνταλος τὴν τροφήν.

[1] "Pendulam rupem" versus 507 eiusdem carminis ad Tantalum non spectare e loci sensu elucet.

[2] Sc. κύλικα.

Mythographus Vatic. 1: 12 (v. p. 41).

Mythographus Vatic. 2: 102 (v. p. 10).

Lactantius Placidus ad Stat. Theb. 4: 538: fallentesque lacus] Tantali, cuius ab ore epulæ subtrahuntur.

Lactantius Placidus ad Stat. Theb. 6: 280: sterilem rapit] id est qui fugientibus pomis vacuum rapit aëra.

Fulgentius, Mythol. 2: 18: Tantalum dicunt in lacu inferno depositum, cui fallax aqua gulosis labia titillamentis attingit. Poma quoque fugitivis cinerescentia tactibus desuper facie tenus apparent pendula. Ergo hic locuples visus et pauper effectus. Ita se illi unda fallax præbet, ut sitiat. Ita se poma ingerunt, ut esuriat. Sed hanc fabulam Petronius breviter exponit, dicens: nec bibit quæ sqq. (v. p. 69).

Boethius, de consol. philos. 3: 24, 36:

(apud inferos) et longa site perditus
spernit flumina Tantalus.

Maximianus Etruscus, Eleg. 1: 182:

Quamvis largus opum, semper egenus ero?
Immo etiam poena est partis incumbere rebus,
quas, quum possideas, est violare nefas.
Non aliter sitiens vicinas Tantalus undas
captat et appositis abstinet ora cibis.

Incertus in Anthol. Pal. 10: 114:

ἡ[1] κρίσις ἐστὶ κάτω καὶ Τάνταλος. οὐδὲν ἀπιστῶ,
τῇ πενίῃ μελετῶν τὴν ὑπὸ γῆν κόλασιν.

Anonymus in Verg. Aen. 6: 603 (v. p. 10).

Mythographus Vatic. 3: 6, 21 (v. p. 10).

Scholia ad Luciani Catapl. 29[2]: λέγουσι γὰρ οἱ Ἕλλη-

[1] ἡ codd., Tafel, Diluc. Pind. 1, p. 39; εἰ ci. Brunck; ἦ Iacobs, Duebner.

[2] *N. F. Nilén*, lector Scarensis, qua est animi benevolentia et comitate, per literas me certiorem fecit hoc scholium et in codice Vaticano

νες ὅτι ὁ Τάνταλος ἄνθρωπος ὢν ἠξιώθη γενέσθαι τοῖς θεοῖς[1] ὁμοτράπεζος. καὶ ἀκούων τὰ λαλούμενα παρ' αὐτῶν, κατεργόμενος ἔλεγε τοῖς ἀνθρώποις. καὶ διὰ τοῦτο οἱ θεοὶ ὀργισθέντες κολάζουσιν αὐτὸν ἐν τῷ Ἅιδῃ. θεωρῶν γὰρ δένδρα πεπληρωμένα καρπῶν[2] καὶ ποταμοὺς παραρρέοντας οὐδὲν[3] αὐτῶν δύναται γεύσασθαι. αὐτοῦ γὰρ προσιόντος ἐκεῖνα φεύγουσι[4].

Manuelis Philes, cod. Parisini carm. 157:

ἔτι τὸ δυψῆν εἰς ῥοὰς τῷ Ταντάλῳ.

Man. Philes, cod. Paris. carm. 212:

ἕως τίνος Τάνταλος οὐκ ὄντος μύθου,
πότιμε πηγὴ δραστικῶν χαρισμάτων[5];

90 inscriptum ad scholiastam aliquem decimi fere sæculi redire et in codice Mutinensi 193 duodecimi fere sæculi, ubi etiam in scholio primam manum agnovisse sibi visus est, esse servatum. Cfr etiam Nord. Tidskrift for Filologi, N. R. 9 (1889), p. 258.

[1] τοῖς θεοῖς γενέσθαι cod. Mutinensis.

[2] τῶν καρπῶν cod. Mutinensis.

[3] οὐδενός codex Mutinensis.

[4] φεύγουσιν codex Vaticanus 90.

[5] *Boccatius*, Geneal. deor. 1: 14: (apud Tartarum) "*Virgilius* in sexto Aen. libro dicit . . . Tantalum inter undas et poma siti fameque *pereuntem*." Quo tamen modo hæc in Necyia Vergiliana invenire potuerit, non perspicitur. Cfr p. 80. *Boccatius*, Geneal. deor. 12: 1: Tantalus, ut dicit Lactantius, filius fuit Iovis ex Plote nympha susceptus (cfr p. 14). Hunc dicit Eusebius Phrygum fuisse regem (cfr p. 6). Et huic ob raptum Ganymedem bellum fuit adversus Troem, Dardaniæ regem et Ganymedis patrem. Volunt præterea hunc deos in convivio habuisse eisque ut experientiam deitatis eorum assumeret occiso filio illum membratim discerptum coctumque apposuisse comedendum. . . . . Tantalum autem deiecere ad inferos talique damnavere supplicio, ut fluvio ad os usque demersus siti vexaretur assidua et, dum os forte declinaret in pontum, aquæ fluminis etiam declinarent in tantum, ne illas posset attingere. Desuper autem arbores pomis onustas addidere, quæ ad os eius usque descenderent, ipse tamen ingenti et continua percitus fame dum illa carpere conaretur, se tam diu extollerent quam diu ipse ut contingeret laboraret. Et sic factum est, ut inter poma et aquas positus fame sitique vivens depereat infelix homo. Nunc quid sentiendum sit ex his advertendum. Dico eum ob id diis filium apposuisse dictum, quod, quum avarissimus homo fuerit et rem domesticam plurimum augere curaverit,

Quorum locorum quamquam nonnulli de fame sola, aliquot de siti sola mentionem faciunt, alii rursus Tantalum apud inferos his suppliciis confici certis verbis non dicunt, tamen hos omnes in unum collegi, quoniam mihi persuasum est et auctores famem aut sitim prout ad res singulis locis narratas utraque quadraret potissimum sibi elegisse, id quod ea re confirmari credo, quod apud eundem auctorem tum hoc poenæ tum illud est nominatum, neque ullum umquam scriptorem alio loco quam in Orco Tantalum potu ciboque prohibuisse.

Neque solum poetæ aliique scriptores in iis rebus versati sunt, sed etiam artifices pingendi eam fabulam sequuntur. Nam in sarcophago, in quo Protesilaus in Tartara rediens depingitur[1], inter alios sceleratos Tantalum videmus undas refugientes captantem[2].

In proverbiorum usum etiam hæc poena est conversa, quorum alterum varie est traditum hoc modo:

Ταντάλου δίψα, ut apud Schol. Thom. Mag. ad Pind. Ol. 1: 91 (v. p. 47),

Ταντάλου δίψαν διψῶ, ut apud Schol. Byz. ad Eur. Or. 6 (v. p. 59),

δίψαν Ταντολέην τλῆναι, ut apud Paulum Silentiarium in Anthol. Pal. 5: 246, 6:

δίψαν Ταντολέην τλήσεται εὐμαρέως,

---

frumenta . . . non aliter quam filium diligebat. Quæ tunc diis apposuit, dum cultis agris iniecit. . . . . Supplicium autem huius ostendit liquido avari hominis detestabilem vitam.

[1] De hac tabula picta, in Wien. Vorl.-Bl. B. XI, 3 c reddita, cfr *M. Mayerum*, Hermes 20 (1885), pp. 127 sqq. Quæ de ea sunt scripta, vide apud *Helbigium*, Führer 1, p. 302.

[2] *Philostratus*, Vit. Apoll. 3: 25, fabulatur apud Indos Iarcham Apollonio ostendisse statuam Tantali nomine inscriptam. Erat hæc statua, ut narrat, cubitorum quattuor, virum repræsentans annorum quinquaginta et Argolico more vestitum, nisi quod togam ut Thessali gestabat, qui pateram, quæ uni sitienti sufficeret, propinabat, in qua liquor spumabat purissimi potus margines eius non excedens.

Ταντάλειον δίψος φέρειν, ut apud Nicetam Eugenianum, Dros. et Char. 6: 229:

τίς Ταντάλειον δίψος ἰσχύει φέρειν;

Alterum autem proverbium hoc erat: οἱ Ταντάλου κῆποι sive δένδρα, ut laudant

Philostratus, Vit. Apollon. 4: 25, 4, p. 165: ὁ δ' Ἀπολλώνιος „τοὺς Ταντάλου κήπους“ ἔφη „εἴδετε, ὡς ὄντες οὐκ εἰσί“; — „παρ' Ὁμήρῳ γ'“ ἔφασαν „οὐ γὰρ ἐς Ἅιδου γε καταβάντες“. — „τοῦτ'“ ἔφη „καὶ τουτονὶ τὸν κόσμον ἡγεῖσθε. οὐ γὰρ ὕλη ἐστίν, ἀλλ' ὕλης δόξα“.

Philostratus, Vit. Sophist. 2: 14, p. 594:

οἱ Ταντάλου κῆποι.

Eustathius p. 1701: 45:

Ταντάλου δένδρα παροιμιακῶς ἐπὶ τῶν ἀκερδῶν.

Cuius plena forma non dubium est quin a principio hæc fuerit: τοὺς Ταντάλου κήπους τρυγᾶν, ut servatur apud

Philostratum, Vit. Sophist. 1: 20, 2, p. 513: „συνῆκα γὰρ τοὺς Ταντάλου κήπους τρυγῶν“, ἐνδεικνύμενος (Isæus) δήπου τῷ ἐρομένῳ ταῦτα, ὅτι σκιὰ καὶ ὀνείρατα αἱ ἡδοναὶ πᾶσαι.

Suidam, Ταντάλου κήπους τρυγᾶν. . . . . . ξυνῆκα γὰρ τοὺς Ταντάλου κήπους τρυγῶν. ἐνδεικνύμενος δήπου τῷ ἐρομένῳ ταῦτα, ὅτι σκιὰ καὶ ὀνείρατα αἱ ἡδοναὶ πᾶσαι.

Mich. Apostolium, Cent. 16: 1: Ταντάλου κῆπον τρυγᾷς: ἐπὶ τῶν μάταια ποιούντων. παρόσον σκιὰ καὶ ὀνείρατα αἱ ἡδοναὶ πᾶσαι.

Arsenium, Viol. p. 442, qui Apostolium, Cent. 16: 1, exscripsit.

Ad extremum *lapidis terrore cum siti fameque* coniuncto Tantalus apud inferos silicem capiti impendentem ne delabatur timet, ita ut præ metu cibos potusve non audeat attingere. Unde igitur fit, ut secundum hanc fabulæ formam idem supplicium in Orco subeat quod in caelo eum solvere vidimus. Huius narrationis auctores sunt hi:

Hyginus, Fab. 82 (v. p. 25).

Apollodorus, epitom. Vatic. 7 Wagner: ὁ Τάνταλος ἐν Ἅιδῃ κολάζεται πέτρον ἔχων ὕπερθεν ἑαυτοῦ ἐπιφερόμενον ἐν λίμνῃ τε διατελῶν καὶ περὶ τοὺς ὤμους ἑκατέρωσε δένδρα μετὰ καρπῶν ὁρῶν παρὰ τῇ λίμνῃ πεφυκότα. τὸ μὲν οὖν ὕδωρ ψαύει αὐτοῦ τῶν γενύων καὶ ὅτε θέλοι σπάσασθαι τούτου ξηραίνεται. τῶν δὲ καρπῶν ὁπότε βούλοιτο μεταλήψεσθαι, μετεωρίζονται μέχρι νεφῶν ὑπ' ἀνέμων τὰ δένδρα σὺν τοῖς καρποῖς. κολάζεσθαι δὲ αὐτὸν οὕτως λέγουσί τινες, ὅτι τὰ τῶν θεῶν ἐξελάλησεν ἀνθρώποις μυστήρια καὶ ὅτι τῆς ἀμβροσίας τοῖς ἡλικιώταις μετεδίδου.

Nonnus Abbas ad Greg. Naz. Or. c. Iulianum 2: 37 Migne = Westermann, Mythogr. Append. 73: ὁ μὲν Τάνταλος υἱὸς ἦν τοῦ Διός. οὗτος, ὥς φασιν, ἠξιώθη τῆς τραπέζης τῶν θεῶν καὶ ἀξιωθεὶς ἐδημοσίευσε τὰ μυστήρια αὐτῶν καὶ κολάζεται κόλασιν διὰ τοῦτο τοιάνδε· ἔστιν ἐν τοῖς ὑπὸ γῆν δικαιωτηρίοις ἔχων πέτραν ἐπάνω αὐτοῦ καὶ κάτω ὕδωρ πολὺ καὶ βλαστήματα καρποφόρα. καὶ ἤρτηται ὁ λίθος κατ' αὐτοῦ. ἐὰν οὖν, φασί, θέλῃ πιεῖν ἐκ τοῦ παρακειμένου ὕδατος, πίπτει ἡ πέτρα ἐπάνω αὐτοῦ καὶ τιμωρεῖται αὐτόν. ἐκ τούτου φασὶν ὅτι λιμῷ καὶ δίψει τήκεται, ὁρῶν μὲν ἀφ' ὧν δεῖ φαγεῖν καὶ πιεῖν, μὴ δυνάμενος δὲ μετασχεῖν διὰ τὴν ἐπηρτημένην κατ' αὐτοῦ πέτραν.

Nicephorus Gregoras, Hist. Byz. 19: 1, p. 580 D: . . . τὸν ἐπὶ μέσης ἵστασθαι λίμνης μυθευόμενον ἐκεῖνον Τάνταλον, ὃν ἀϊδίῳ μὲν τῇ δίψῃ φλέγεσθαι λόγος, φοβεῖσθαι δ' ἀεὶ τὸν ἀφόρητον φόρτον ἐκεῖνον τοῦ λίθου, καὶ πίνειν κύψαντα μὴ δυνάμενον.

Suidas: Τάνταλος τοῦ Διὸς ἦν υἱός. ἀξιωθεὶς δὲ τραπέζης τῶν θεῶν ἐδημοσίευσεν αὐτῶν τὰ μυστήρια. καὶ διὰ τοῦτο κολάζεται ἐν τοῖς ὑπὸ γῆν δικαιωτηρίοις πέτρον ἔχων ἐφύπερθεν αὐτοῦ ἠρτημένον καὶ κάτω ὕδωρ πολὺ καὶ βλαστήματα καρποφόρα. ἐὰν οὖν ἠθέλησε πιεῖν τοῦ ὕδατος, ἔπιπτεν ὁ λίθος ἐπ' αὐτόν. δίψει δ' ἐτήκετο ὁρῶν μὲν ἀφ' ὧν ἔδει φαγεῖν καὶ πιεῖν, μὴ δυνάμενος δέ. ἐπὶ γενείοις δὲ ὅτε ἥψατο τῆς λίμνης τὸ γένειον ἐξηραίνετο.

Scholium codicis Laur. 57: 51 ad Lucian. Dial. Mort 17[1]: ὁ Τάνταλος θαρρηθεὶς μυστήρια τῶν θεῶν καὶ ἐξειπὼν κολάζεται ἐν τοῖς ὑπὸ γῆν δικαιωτηρίοις πέτραν ἔχων ἐπάνω αὐτοῦ καὶ ὑποκάτω ὕδωρ πολὺ καὶ βλαστήματα καρποφόρα. ἐὰν οὖν θελήσῃ πιεῖν ἐκ τοῦ ὕδατος, πίπτει ἡ πέτρα ἐπάνω αὐτοῦ καὶ τιμωρεῖται αὐτόν. ἐκ τούτου φησί· λιμῷ καὶ δίψει τήκεται[2].

Scholiastes Byz. ad Eurip. Or. 7: ἕτεροι δὲ λέγουσιν ἐν Ἅιδου τοῦτον (Tantalum) κολάζεσθαι, ἱστάμενον μέσον ὕδατος ἄχρι τοῦ πώγωνος καὶ διψῶντα. ἡνίκα δὲ ἐπιχειρήσει πιεῖν, ἀθρόον τό τε ὕδωρ ἀφίσταται καὶ ὁ ἐν τῇ κεφαλῇ πέτρος κάτεισιν, ὡς δῆθεν πατάξων αὐτόν.

Schol. Thom. Mag. ad Pind. Ol. 1: 91 (v. p. 47).
Apostolius, Cent. 7: 60 (v. p. 58).
Apostolius, Cent. 16: 9 (v. p. 51).
Arsenius, Viol. p. 237 (v. p. 58).
Mantiss. Prov. cent. 2: 94 (v. p. 51).

Pseudo-Eudocia 912, p. 390: Τάνταλος υἱὸς ἦν τοῦ Διός. οὗτος ἠξιώθη τῆς τραπέζης τῶν θεῶν καὶ ἀξιωθεὶς ἐδημοσίευσε τὰ μυστήρια αὐτῶν καὶ κολάζεται κόλασιν διὰ τοῦτο τοιάνδε. ἔστιν ἐν τοῖς ὑπὸ γῆν δικαιωτηρίοις, ἔχων πέτραν ἐπάνω αὐτοῦ καὶ κάτω ὕδωρ πολὺ καὶ βλαστήματα καρποφόρα, καὶ ἤρτηται ὁ λίθος κατ' αὐτοῦ. ἐὰν οὖν, φησί, θέλῃ πιεῖν ἐκ τοῦ παρακειμένου ὕδατος, πίπτει ὁ λίθος ἐπάνω αὐτοῦ καὶ τιμωρεῖται. ἐκ τούτου[3], ὅτι λιμῷ καὶ δίψῃ τήκεται, ὁρῶν μὲν ἀφ' ὧν δεῖ φαγεῖν καὶ πιεῖν, μὴ δυνάμενος δὲ διὰ τὴν ἐπηρτημένην πέτραν. οὐ μόνον δὲ ἤρκει αὐτῷ πρὸς κόλασιν τὴν πέτραν ὑπερκεῖσθαι αὐτοῦ καὶ καταπίπτειν ἐπάνω αὐτοῦ, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐπὶ γενείοις[4] ὅτε ἥψατο τὸ γένειον αὐτοῦ τῆς λίμνης τοῦ ὕδατος ἐξηραίνετο[5].

[1] *Vitelli,* Museo Italiano di antich. class. Vol. 1, Punt. 1 (1885), p. 20.

[2] *Nilén* me monuit codices Vindob. 123, Vat. 90, Marc. 434 hoc scholio carere.

[3] τιμωρεῖται ἐκ τούτου Flach.

[4] ἐπιγενείοις Flach.

[5] Ad hos locos illum Vergilianum 6: 601—627 adiiciendum esse mihi persuadere non possum. Neque censeo versum 602, ubi omnes codices, Romano tantummodo excepto, et Macrobius, Saturn. 4: 4, 15, *quos* tradunt, ad Ixionem ac Pirithoum, ut vult *Benoist,* spectare. Quæ

Veterrimus autem auctor huius versionis est *Pausanias*

enim fabula quidquam simile narrat? Neque induci possum, ut credam Vergilium per confusionem pro Tantalo heroes Lapitharum nominasse. Ergo videmus codicem Romanum scripturam veram, quæ est *quo*, servare, ut etiam *Ribbeck*, *Havet*, Revue de Philologie 12 (1888), pp. 150 sqq, *alii* putant. Quam facile præterea ante verbum "super" litera s inculcari potuit. Sed ad quem pertinet hoc *quo?* Iam *Anonymus* ad Verg. Aen. 6: 603 in commentario suo de Tantalo mentionem facit (v. p. 10). Quin *Boccatius*, Geneal. Deor. 1: 14, contendit Vergilium in sexto Aeneidos libro Tantalum inter undas et poma siti fameque pereuntem induxisse, sine dubio fabula id temporis pervulgata ductus. Iam vero *H. Stephanus*, Thesaur. Gr. L. v. Τάνταλος, *Robert*, Gr. Mythol. 1[4], p. 831, *editorumque plurimi* Anonymum sequuntur. Inter hos ad sententiam suam confirmandam *Peerlkamp* textum corrigere est conatus. Sic enim emendandum censet: *quibus quid* pro *quo super*, ut sententia hæc sit: quid memorem Ixiona et Pirithoum? Quid illos, quibus silex imminet? — Lenior est coniectura *Madvigii*, qui post *Perithoumque* verbum *et* adiiciens eandem sententiam elicit. *Ribbeck* quidem, quem sequuntur *Nettleship*, *Norden*, Hermes 28 (1893), pp. 363, 390, credit Polygnoti pictura motum Vergilium imaginem Tantali exornavisse. Sed tamen verba *lucent* sqq. non apte cum Tantalo in stagno stante videntur convenire. Neque dubium est, quin et hæc verba et *quo* ad eundem spectent. Nequaquam de alio poenæ genere, ut alii censent, accipienda sunt. Præterea nimis exaggerati terrores videntur, si non minus saxum quam furias Tantalus metuit, qua de re acutissime iudicavit *Havet*, Rev. de Phil. 12, pp. 148, 161 sqq. Melius vero, si quidem ego recte iudicare possum, est *Heynio* consentire putanti Vergilium lacum Homeri in mensam opiparam mutasse. Sed nulla causa excogitari potest, cur Vergilius Homerum non secutus fuerit. Nemone igitur in fabulis invenitur, quem Vergilius hoc loco significare potuerit? Sine dubio non erramus, si contendimus *Valerium Flaccum*, Argon. 2: 192, hæc scribentem:

. . . inferni . . . sub nocte barathri
accubat attonitum Phlegyan et Thesea iuxta
Tisiphone sævasque dapes et pocula libat
— tormenti genus — et nigris amplectitur hydris,

et *Statium*, Theb. 1: 712 (cfr *Havetium* 12, pp. 149 sqq.), ubi hæc canit:

torva Megæra
ieiunum Phlegyan subter cava saxa iacentem
æterno premit accubitu dapibusque profanis
instimulat. Sed mixta famem fastidia vincunt,

ante oculos habuisse quem quærimus locum Vergilianum. (De Valerio Flacco Vergilium imitante cfr *Manitium*, Philolog. 48 (1889), p. 248.)

10: 31, 12, qui narrat Polygnotum[1] in pictura, quam Cni-

Quibus rebus concessis confidenter concludere audemus Vergilium ad Phlegyan spectasse. Deinde iam Valerius Flaccus, ut qui etiam de Theseo mentionem faciat, in codicibus *quos* sine dubio invenit. Quæ si vera sunt, necessario sequitur negligentia librariorum ordinem versuum transponendo esse mutatum. Versus enim 602—7 post versum 620 sunt legendi. Propter hanc transpositionem facile potuerunt perturbari etiam antecedentes versus et subsequentes. Sine dubio Vergilius post Salmoneum ac Tityum nominatos, quum illos, qui in Orco habitarent, Sisyphum, Ixionem, Theseum, Phlegyam enumerasset, maleficorum poenarumque genera alia depinxit alia adumbravit. Sic enim recte procedit sententia. Tum versum 601, in quo iterum de Ixione mentio fit, male in sententiarum contextum convenire nemo non videt. Neque *Havet*, Rev. de Phil. 12, pp. 162, 171, me adducere potest, ut credam Vergilium hunc versum inopiæ causa ita ut postea corrigeret posuisse. Optimo igitur iure *Ribbeck* cancellis inclusit. Hic enim versus posteriore tempore est inculcatus eodem modo quo apud Claudianum, de raptu Pros., post versum 2: 336 duos antecedentes versus quasi complectens inepte hic iniectus est: *solvitur Ixion et Tantalus invenit undas.* Sed ut nunc ea, quæ dicta sunt, comprehendam breviter, equidem de his versibus censeo primo eiecto ceteros ita legendos esse:

Saxum ingens volvunt alii, radiisque rotarum 616
districti pendent; sedet æternumque sedebit
infelix Theseus; Phlegyasque miserrimus omnes
admonet et magna testatur voce per umbras:
"discite iustitiam moniti et non temnere divos", 620
quo super atra silex iam iam lapsura cadentique 602
imminet assimilis; lucent genialibus altis
aurea fulcra toris, epulæque ante ora paratæ
regifico luxu; furiarum maxima iuxta 605
accubat et manibus prohibet contingere mensas
exsurgitque facem attollens atque intonat ore.
Vendidit hic auro patriam dominumque potentem 621
imposuit, fixit leges pretio atque refixit;
hic thalamum invasit natæ vetitosque hymenæos;
ausi omnes immane nefas ausoque potiti;
hic quibus invisi fratres, dum vita manebat, 608
pulsatusve parens et fraus innexa clienti,

[1] Polygnotum primum in Tartara lapidem deduxisse contendit *Schwenck*, Rhein. Mus. 11 (1857), p. 452. Cfr *Weizsaeckerum*, Polygnots Gemälde, p. 15.

diis in lesche Delphica pinxit [1] quaque eos, qui in Tartaris habitant, expressit [2], utramque Tantali poenam coniun-

aut qui divitiis soli incubuere repertis
nec partem posuere suis, quæ maxima turba est,
quique ob adulterium cæsi, quique arma secuti
impia nec veriti dominorum fallere dextras,
inclusi poenam exspectant. Ne quære doceri
quam poenam, aut quæ forma viros fortunave mersit.
Non, mihi si linguæ centum sint oraque centum,
ferrea vox, omnes scelerum comprendere formas,
omnia poenarum percurrere nomina possim.

Claudianus quoque, qui in Ruf. 2: 507 sqq. inter supplicia Tartarorum pendulam rupem, volucrem axem, refugos latices, vulturem enumerat, de pendula rupe mentione facta, quamquam in hoc versu

[dubio tibi pendula rupes | immineat lapsu]

conscribendo sine dubio locum Vergilianum ante oculos habuit, tamen ad Tantalum non respicit (cfr p. 73), cuius supplicium, ut credo, ab Homero recepit. Neque alium codicem *Macrobius* æqualis in manibus habere potuit, in comment. in Somn. Scip. 1: 10, 15 hæc scribens: ". . . *atram* silicem lapsuram semper et cadenti similem illorum capitibus imminere, qui arduas potestates et infaustam ambiunt tyrannidem numquam sine timore victuri, et cogentes subiectum vulgus odisse, dum metuat, semper sibi videntur exitium, quod merentur, *excipere*." Incredibile enim videtur Macrobium, ut vult *Welcker*, Rh. Mus. 10 (1856), p. 251, binos Tantalos introduxisse eorumque alterum cum Damocle confusum. Quibus igitur rebus intellectis affirmare audeo *quo* non ad Tantalum sed *ad Phlegyan* referendum esse. Unde autem Vergilius hanc fabulam habuerit, nobis non propositum est demonstrare. *Havet*, Rev. de Phil. 12, pp. 167 sqq., eam ad similitudinem picturæ alicuius poetam finxisse censet.

[1] Hanc tabulam pinxisse Polygnotum ante annum 468 a. Chr. n. *Wide*, Språkvetenskapliga Sällskapets i Upsala Förh. 1888—91, Upsala 1891, p. 95, affirmat, ante annum 447 *Wilamowitz*, Homer. Unters. p. 223, non ante annum 458 sed paulo post *Robert*, Nekyia des Polygnot, Halle 1892, p. 76.

[2] Quo modo eam in verum et primarium statum restituere sint conati, vide *Robertum*, Nekyia pp. 33 sqq., *Weizsaeckerum*, Polygnots Gemälde in der Lesche der Knidier in Delphi, Stuttgart 1895, pp. 5 sqq. Cfr *Robertum*, Gr. Mythol. 1⁴, p. 829.

xisse [1]. Cuius verba hæc sunt [2]: Τάνταλος καὶ ἄλλα ἔχων ἐστὶν ἀλγεινά, ὁπόσα Ὅμηρος ἐπ' αὐτῷ πεποίηκεν, ἐπὶ δὲ αὐτοῖς πρόσεστίν οἱ καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἐπηρτημένου λίθου δεῖμα. Πολύγνωτος μὲν δῆλός ἐστιν ἐπακολουθήσας τῷ Ἀρχιλόχου λόγῳ. Ἀρχίλοχος δ' οὐκ οἶδα εἴτε ἐδιδάχθη παρ' ἄλλων τὰ ἐς τὸν λίθον εἴτε καὶ αὐτὸς ἐς τὴν ποίησιν ἐσηνέγκατο [3].

* * *

Nunc autem expositis breviter iis, quæ apud auctores antiquos allata sunt, non alienum est animum ad hoc advertere, quid de Tantalo ac de fabula Tantali sit iudicandum. Quibus in rebus primum in quæstionem vocare debemus, utrum hic *Tantalus*, quem exhibent non minus populares fabulæ [4] poetarumque [5] opera quam signa ac picturæ, *ad narrationes antiquorum mythicas tantummodo referendus* sit an e monumentis rerum gestarum concludere possimus eum quondam vixisse. Qua de re rerum gestarum investigatores aliique viri doctissimi temporum antiquorum et recentiorum sibi persuaserunt eum regem Lydorum fuisse.

Nicolaus Damascenus [6] igitur temporibus Persei eum

[1] Cfr *Schwenckium*, Rhein. Mus. 11 (1857), pp. 451 sqq., *Comparettium*, Phil. 32 (1873), p. 244.

[2] Cfr *Kalkmannium*, Pausanias der Perieget, Berl. 1886, p. 260.

[3] Dignum est memoratu, quod in libro, qui anno 1892 inventus Apocalypsis Petri vocatur, inter terrores Tartarorum non etiam Tantali poena irrepsit. Qui tamen liber altero p. Chr. n. sæculo conscriptus (*Dieterich*, Nekyia, Lpz. 1893, p. 17) originem duxit a sententiis Orphicorum antiquorum (*Dieterich*, Nekyia, pp. 227, 232).

[4] Posteriore tempore etiam in formula magica nomine eius utebantur, ut narrat Pseudo-Theodorus ad Theodori Prisciani Euporist. 1: 14 de fluxu sanguinis narium sistendo hæc addens: in tria folia lauri scribis de sanguine ipsius "Tantale pie, pie Tantale, Tantale pie" et de suco porri virginis lavas folia ipsa et das ei bibere.

[5] Tantali nomine tragoedias inscripserunt *Phrynichus* (Hesychius, v. ἐφ' ἕδρανα), *Sophocles* (Stobæus, Flor. 121: 3). *Aristias* (Argum. Aesch. Sept.), *Aristarchus* (Stobæus, Ecl. 2: 1, 1).

[6] Frgm. 17 (v. p. 14).

regnavisse affirmat, *Pausanias*[1] ipsum se in Lydia sepulcrum eius vidisse testatur, *Eusebius*[2] Tityo eum æqualem fuisse docet, *Augustinus*[3] eo tempore quo Hebræis iudices præesse coepissent eum puerum Ganymedem rapuisse auctor est, *Orosius*[4] denique anno circiter 1900 a. Chr. n. in terris eum versatum esse memoriæ tradit. Recentiorum inter alios[5] *Theiss*[6] et *E. Curtius*[7], quos honoris causa nomino, Tantalum re vera in numerum eorum qui in terris versati sunt adscripserunt.

Cuius rei quoniam ad hunc diem nulla sunt argumenta allata, quibus mihi persuadeam eum olim in Lydia regnavisse, facere non possum quin ab iis, qui hæc docent, dissentiam. Neque enim quisquam non videt testimonia antiquorum ad quæstionem diiudicandam haud multum valere. Quorum quæ *Nicolaus Damascenus* narravit quippe inter se vehementer repugnantia iam primo obtutu minimi esse momenti apparet. Nam ut sæpissime in verba Xanthi[8] iurare solet, sic etiam de Tantalo eius narrationem, ut testatur *Stephanus Byzantius*[9], secutus refert eum fratrem fuisse ducis, qui apud Lydorum regem Aciamum in Syria militasset[10]. Sed tamen alio loco[11] fabulatur Tantalum filium Tmoli esse et, quum ab Ilo, Phrygum rege, victus in Peloponnesum sedes transferre statuisset, senio impeditum in Lydia mansisse.

Qua de re quamquam certo scire, unde hæc habuerit,

---

[1] 2: 22, 3; 5: 13, 7 (v. p. 4).

[2] Præpar. Evang. 10: 12, 499 Migne; cfr *Schoenium*, Eusebii Chron., quæ supersunt, Berl. 1866, p. 7: 21.

[3] De civitate dei 18: 13 Migne.

[4] Histor. 1: 12.

[5] Vide *Thræmerum*, Pergamos, p. 3 sqq

[6] Nachträge, p. 11.

[7] Gr. Gesch., Berl. 1878, 1[5], p. 72.

[8] *Wachsmuth*, Einl. in das Stud. der alten Geschichte, Lpz. 1895, p. 464.

[9] v. Ἀσκάλων.

[10] Cfr p. 94.

[11] Frgm. 17 (v. p. 14).

non possumus, tamen suspicari licet hanc narrationem e Phanocle poeta tamquam primo fonte emanavisse[1]. Cuius opinionibus fictis plerumque ac vanis haud multum tribuendum est.

Atqui ex eodem fonte hauserunt, ut credo, *Augustinus* et, ut ipse testatur, *Orosius*[2].

Iam vero quod *Eusebius*[3] dicit, nihil ad id, quod agimus, pertinet, quia in Lydiæ regibus enumerandis Tantali nomen non inducit[4]. Præterea videamus, ne iis, quæ de ratione temporum præbent patres ecclesiæ, nimium tribuamus.

Restat igitur *Pausanias*, qui ipse in Lydia natus[5], etiamsi non semper certus auctor est[6], tamen quæ ad suam ipsius patriam pertinerent novisse debuit. Neque dubium est, quin ipse sibi persuaserit Tantali esse sepulcrum, quod loci incolæ ut patriæ suæ hunc heroa vindicarent ei monstraverunt. Sed tamen credibile est ac plane certum Pausaniam nihil perhibere nisi quod hoc ipso loco in ore hominum confictum fuit. Quam fabulam veritatis fundamento niti nihil, ut mea quidem fert opinio, probat.

Videmus ergo nullum, cui quidem fides habenda sit, testimonium antiquorum regem fuisse Tantalum perhibere. Qua re doctis viris necessarium fuit ex aliis rebus sumere argumenta. Sepulcrum enim Tantali, ut docent[7], atque reliquiæ ædificiorum, haud procul ab hoc sitæ, quoniam credi potest Phryges hæc exstruxisse, ad probandum hoc loco fuisse regnum scilicet Tantali maxime valent, id quod etiam *E. Meyer*[8] affirmat. Neque tamen ex his rebus quidquam

---

[1] Cfr p. 108.

[2] Quo modo ab Augustino Orosius mutuatus sit, cfr *Wachsmuthium*, Einl. in Alt. Gesch. pp. 117 sqq.

[3] *Wachsmuth*, Einl. in Alt. Gesch. pp. 163 sqq.

[4] *Schoene*, Eusebii Chronica, 1, Berl. 1875, p. 67.

[5] *Christ*, Gr. Litt.-Gesch.[2], München 1890, p. 577.

[6] *Christ*, Gr. Litt.-Gesch.[2], p. 576.

[7] Velut *Perrot* et *Chipiez*, Histoire de l'Art dans L'Antiquité, 5, Paris 1890, pp. 42 sqq.

[8] Geschichte des Alterthums 1, Stuttgart 1884, p. 486.

petendum est argumenti. Nam quo loco Tantalus re vera sepultus esset, usque ad hunc diem diversæ doctissimorum sententiæ fuerunt [1]. Præterea *Meyer* ipse [2] huius regionis explorandæ causa itinere facto sibi persuasit has reliquias, quarum supra mentio fuit, et a Græcis esse perfectas posse neque ante septimum sæculum a. Chr. n. ædificari potuisse.

Neque defuerunt, qui plane negarent Tantalum umquam circa Sipylum [3] aut ullo alio loco regnasse, in quibus sunt haud contemnendi viri, *Krahner* [4], *H. D. Mueller* [5], *Thræmer* [6], *E. Meyer* [7]. Quibus equidem vehementer assentior. Atque ei sententiæ haud minimum ea re accedit firmamenti, quod in nullis Lydorum regum indicibus [8] eius nomen occurrit.

Ex iis igitur, quæ supra disputata sunt, effici posse credo Tantalum, si umquam re vera regnasset, tamen Lydiæ regem non fuisse. Quamobrem restat, ut in Paphla-

[1] Cfr p. 4.

[2] Gesch. des Alt. 2, Stuttgart 1893, p. 233.

[3] Num urbs Sipylus umquam fuerit, quod voluit *Ramsay*, Journ. of Hell. Stud. 3 (1882), p. 46 (cfr p. 48), in incerto relinquendum est. Sed equidem ad *Thræmero* (Pergamos pp. 88 sqq.) credendum propensior sum, qui putat Sipylum nihil aliud nisi urbem fabulis confictam esse. Ad montem enim Sipylum, qui pars est montis Tmoli, fabula, quæ Tantalum regem Lydorum fuisse narrabat, urbem Sipylum sitam fuisse finxit. Nam hunc ad montem temporibus, ad quæ pertinet historia veritasque, sita erat urbs Magnesia (Μάγνης ἀπὸ Σιπύλου C. I. G. 2933; Μαγνῆτις ἀπὸ Σιπύλου C. I. G. 3381; Μάγνητες ἀπὸ Σιπύλου Ephem. Epigraph. corp. inscr. lat. suppl. 5, Berl. 1884, n. 150). Atqui muros Sipyli dirutos se invenisse crediderunt *Weber*, Le Sipylos et ses monuments, Paris 1880, *Humann*, Mittheil. des deutsch. Arch. Inst. Ath. Abt. 13 (1888), p. 36. Sed tamen de loco ambigunt, qua de re cfr *Reinachium*, Chroniques D'Orient, Paris 1891, pp. 569 sqq.

[4] Pelops, p. 294.

[5] Mythol. der griech. St. 2: 148.

[6] Pergamos, p. 92.

[7] Gesch. des Alt. 2, p. 233.

[8] De iis cfr *Schubertum*, Könige von Lydien, Breslau 1884, p. 13, *E. Meyerum*, Gesch. des Alt. 1, p. 501, *Wachsmuthium*, Einl. in Alt. Gesch. p. 466.

gonia, Aegypto, Europa eum quæramus, ut ex aliorum [1] verbis suspicari licet. Sed narrationes perscrutati certioresque facti, unde originem habuerint, postquam testimoniis antiquorum destituti sumus, neque in ceteris duabus terris eum regnasse [2] contendere audemus neque in Europa, quo tamen maxime testimonia vergunt.

Nam si dixerit quispiam hic eum regem fuisse præter mythographos [3], quorum verba forsitan non multum valeant ad quæstionem diiudicandam, duos Byzantinos chronographos [4] auctores esse, ad ea responderi potest ad id quod agitur nullius interesse quæ ab iis relata sunt. Quod ita esse credo ob eam potissimum causam, quod verisimile est eos quæ de hac re habent a Phanocle poeta accepisse [5], certe e nullo fonte, qui alicuius momenti esset, hausisse.

Iam vero quod *Suidas* [6] narrat regiam Tantali in Thracia sitam fuisse, id nihil nostra interest. Nam quum ea, quæ narrarunt *Suidas* et *Malalas*, sæpissime summa inter se cognatione cohæreant, nonnumquam etiam iisdem verbis expressa sint, non est, cur dubitandum videatur, quin re vera sua mutuatus sit Suidas ex excerptis, quæ ex Malala nescio quis fecisset [7]. Qua ex re colligi potest Suidam ipsum in Thracia Tantali regnum suo quodam iure collocavisse. Nam credibile videtur eum putasse filium Phrygum regis, ut dona Iovi Europæo afferret, potius ad Dodonam, qui locus ante Homeri ætatem celeberrimus erat, quam ad Olympiam, æmulam iuniorem, ire debuisse. Unde factum est, ut ad Myce-

[1] Diodorus Siculus 4: 74 (v. p. 8); Hermippus, frgm. 77 (v. p. 8); Hyginus, Fab. 124 (v. p. 9), Malalas, Chron. 4: 97 (v. p. 9), Georg. Cedrenus, Hist. 120 (v. p. 9), Anonymus in Verg. Aen. 6: 603 (v. p. 10), Mythogr. Vat. 2: 102 (v. p. 10), Mythogr. Vat. 3: 6, 21 (v. p. 10).

[2] De Paphlagonia cfr *Krahnerum*, Pelops, p. 284.

[3] Hyginus, Mythogr. Vat. 2, Mythogr. Vat. 3.

[4] Malalas, Georg. Cedreñus.

[5] Cfr p. 108.

[6] v. Ἴλιον (v. p. 8).

[7] Hæc Suidas ex Ioanne Antiocheno transscripsisse visus est *Schmidtio*, Didymi Fragm. p. 359. Cfr tamen *De Boor*, Hermes 21 (1886), p. 25, *Christium*, Gr. Litt.-Gesch.[2], p. 703.

nas non veniret sed Thracia ei peragranda esset. Sed utut ea res est, id certe constat quæ de hac re Suidas affert ab ipso esse inventa.

Quibus rebus intellectis nemo negare debet *Tantalum temporibus, ad quæ pertinet hominum memoria, non vixisse.*

* * *

Quod si res se ita habet, necessario ad fabulas antiquorum referendus est. Tum in disceptationem vocanda est altera quæstio, *apud quos populos hæ fabulæ sint inventæ.*

Quam nobis non videmur diiudicaturi esse, etiamsi fabulas omnium antiquorum populorum ad nostram ætatem servatas diligentius percensuerimus. Nam licet nobis non contigerit, ut has fabulas et harum similes aut apud gentes proxima linguæ cognatione cum Græca coniunctas, quæ res tamen argumento est eum mythum prius quam in plura quasi membra dividerentur Indoeuropæi, qui vocantur, non exstitisse [1], aut apud Semiticos [2] aliosve populos investigaremus, necessario non mihi videtur sequi hanc fabulam apud populum, cuius poetæ atque artifices eam ad nostram cognitionem tradiderunt, ortam atque auctam esse. Neque

[1] *Sonne,* K. Z. 10 (1861), p. 404, et post eum *Ramsay,* Journ. of Hell. Stud. 3 (1882), pp. 46, 47, qui sine ulla dubitatione Tantalum ad fabulas apud Indoeuropæos, qui vocantur, narratas et creditas retulerunt, probare sunt conati principio eum solis deum fuisse cultum.

[2] Neque ullo modo sententiæ, quam *Levy,* Semit. Fremdwörter im Griech. p. 200, profert, adstipulari possum, qui censet, primum quod ταντaλόω græce atque hebraice שָׁקַל idem significent, deinde quod Ascalus et Tantalus, ut referat Xanthus (v. p. 14), fratres sint, qua ex re concludit Græcos *אַשְׁקָל in suam linguam transponentes Tantalum appellavisse, Tantalum a populo aliquo Semitico originem duxisse. Quæ opinio refellitur ea re, quod in diversis fabulæ conformationibus nihil populorum Semiticorum proprium indagari potest. Præterea restat, ut Tantalum apud Xanthum nominatum ad hanc fabulam pertinere ostendat. (Cfr p. 94.) Nam ea argumenta, quæ ex linguis comparandis erui possunt, sola ad fabulam explorandam non satisfaciunt.

quidquam impedit, quominus apud populum, cuius literæ plane exstinctæ sint, nasci potuerit. Sed quum nullis argumentis ad tale quidquam suspicandum coacti simus, verisimillimum videtur fabulam apud populum fictam esse, cuius in monumentis exstat.

Quod ad nostram fabulam attinet, solum per Græcos et Romanos nobis nota est. Sed tamen vereor, ut græca origine sit. Maximum enim impedimentum præbet ipsum nomen [1], quod, quantum iudicare possumus [2], Lydis tribu-

[1] Sed tamen *Gruppe,* Griech. Culte und Mythen in ihren Beziehungen zu den Orient. Relig., 1, Lpz. 1887, p. 164, ex ipso nomine causam sumpsit Tantalum ad fabulas Græcorum referendi.

[2] *E. Lidén,* Upsaliensis, qua est benignitate, hæc mecum communicavit:

Si statuere licet Τάνταλον Lesbiaci montis nomen, quod præbent Herodianus, Stephanus Byz. (v. p. 7), aut primitus cum heroe eiusdem nominis non esse coniungendum aut hunc monti illi nomen suum debere (v. p. 94), hæc proponere velim.

Post ea, quæ *Bugge, Torp* — novi per scholas Torpii — excogitarunt, dubium non esse videtur, quin non paucæ sonorum mutationes linguæ armeniacæ propriæ, velut illorum quæ ieu. *d, g, p* sunt, in reliquiis linguarum Carum atque Lycorum — eiusdem autem stirpis teste Herodoto 1: 171 et Lydi fuerunt — statuendæ sint. Neque dubitari potest, quin priscis temporibus cum his lingua coniuncti fuerint incolæ Lesbi. Quod fortasse probat ipsum insulæ nomen. *Bugge* enim cum arm. *lezu* (gen. *lezui*) "lingua" vocabulum, quod est Λέσβος, coniungit, ut hæc insula propter formam non inepte "lingua" potuerit appellari.

Quam ob rem proponere audeo, licet incertius, ut res ipsa fert, Τάνταλον montis nomen v. hibern. *dind, dinn* (gen. *denna*), e celt. primig. **dendi* "collis, mons" orto, cognatum esse. Quæ ad verba *K. F. Johansson* et phryg. Δίνδυμον, Δίνδυμα] ὄρη, quo nomine duo montes, alter in Phrygia, alter in Cyzico situs, appellantur, esse addendum recte monuit. Quæ omnia tria ad ieu. **dn̥d* redire possunt.

In voce Τάνταλος igitur ita, ut in arm. lingua, ieu. *d* in *t* et ieu *n̥* in *an* sunt mutata, in phryg. Δίνδυμον autem ieu. *n̥* in *in* ut in slav et balt. linguis.

Quod ad Tantali nominis exitum attinet, suffixum literam *l* continens — *-αλος, -υλος, -αλα,* sim. — in plurimis nominibus montium aliorumque locorum Lydiæ, Cariæ, Lyciæ invenitur. (Exempla collegit *Georg. Meyer,* B. B. 10, pp. 184 sqq.: cfr exempli gratia Σίπυλος Lydiæ.)

Maiorem difficultatem habet, si quis v. hib. *dind* cum v. isl. *tindr*

endum videtur [1]. Neque alia in voce Tantali inest notio ac montis parvi [2]. Sed quod ex ipsa vocis forma nobis non

"cacumen, cacumen montis" velit coniungere (v. *Fickium*, Wbch[4] 2: 151), quippe quod a got. *tunþus* "dens" al. separari non possit (cfr etiam v. ind. *danta*, cui significationem "cacuminis montis" lexica attribuunt).

Quæ de veriloquio nominis Δίνδυμον priore tempore scripta sunt (v. *Tomaschekium*, Die alten Thraker 2: 2, p. 33), minoris pretii mihi videntur esse.

[1] Ceteri, quod sciam, omnes nomen Græcum esse putant. (Cuius de accentu docet *Arcadius*, de acc. 6, hæc: τὰ διὰ τοῦ αλος, εἰ ἔχει τὴν τρίτην ἀπὸ τέλους μακράν, προπαροξύνεται, . . . Τάνταλος.) Quod si ita esset, radicem non fuisse θαλ, quod voluit *Voelcker*, Mythol. des Iap. Geschl., Giessen 1824, p. 355, sed ταλ (Τάλ-ταλ-ος > Τάνταλος = δαλ-δαλ-ίς > δανδαλίς. De veriloquio huius verbi benigne amicus meus *O. Lagercrantz* hoc modo mihi succurrit: in verbo δενδαλίς (δανδαλίς) mihi videtur -ν- ex -λ- ortum esse, id quod suadent comparata v. germ. *zëlto* "Fladen", m. germ. *zëlte* (cfr *Prellwitzium*, Et. Wbch p. 71). Præterea suspicari licet aliam vocalis formam stirpis δελ inesse in glossis Hesychianis ceteroquin obscuris δολβαί· θύματα, οἱ δὲ μικτὰ πλακούντια, δόλπαι· πλακούντια μικρά. Κῷοι) his temporibus nemo non videt, ut iam *Plato*, Crat. 395 d (v. p. 60), *scholiastes* quidam in Eur. Or. 5 (ἀπὸ τοῦ τάλας Τάνταλος ὠνόμασται, οἱονεὶ ταλάντατος. ἀθλιώτατα γὰρ πέπονθεν), *Photius* p. 570: 12 (v. p. 29), *Eustathius* p. 1701: 6 (v. p. 30), *H. Stephanus*, Thesaur. Gr. L. v. Τάνταλος, *alii* sunt suspicati, etiamsi in origine verbi enodanda operam perdiderunt, credentes per literarum transpositionem Τάνταλον ortum esse ex τάλαντον. Meliore iure *Nitka*, De Tantali nom. origine p. 8, *Theiss*, De prov. Tant. p. 4, *Sonne*, K. Z. 10 (1861), p. 404, *Duentzer*, K. Z. 13 (1864), p. 9, *alii* contendunt reduplicatione et ad lambdacismum vitandum permutatione liquidarum ortum esse Τάνταλον quasi Τάλταλον.

[2] Quum in Græca radice ταλ insit notio patiendi (τλῆναι, τάλας), portandi (τελα-μών, toll-o), audendi (τολμάω), librandi (ταλαντεύω, ταντᾰλόω) (cfr *Curtium*, Gr. Et.[5] p. 220), sane non est mirum, si ab aliis doctis viris ad alias significationes est relatum Τάνταλος, quum huius nominis interpretandi rationem tentarent. Caelum enim sustinet (*Stark*, Niobe, p. 427, *M. Mayer*, Gig. und Tit. p. 88, *Fick*, Griech. Personennam.[2] p. 410, *Wilamowitz*, Eur. Herakles 2[2] p. 96: "Träger"), inaudita contra deos admittere ausus est (*Preller*, Gr. Myth. 2[2] p. 380: "der Verwegene"), inter caelum ac terras pendet (*H. D. Mueller*, Mythol. der Gr. Stämme 2, p. 150, *Pape-Benseler*, Gr. Eign.[3] p. 1485, *Thræmer*, Pergamos p. 86. *Lewy*, Semit. Fremdw. p. 200: "Schweber"). Sed etiamsi nomen Græcum haberem, vehementer dubitarem, num ii, qui hæc docent, recte coniecissent.

licet concludere fabulam e Lydia originem duxisse, adiuvent necesse est argumenta, quæ e natura locorum et e rebus gestis populorum promantur.

Ubi autem terrarum monumentis quæ nobis sunt ex antiquitate relicta examinatis eam ortam confirmare possumus? Nam de ea re ambigi potest et re vera magna iam controversia fuit. Quum enim *H. D. Mueller* [1] et *Max. Mayer* [2], qui in mythorum quæstionibus ingeniosissime versantur, eius sententiæ sunt hanc de Tantalo fabulam *ab Argolide* originem habuisse, *Thræmer* [3] contra, et ille quidem vir doctissimus magnoque acumine præditus, *in Lydia* ad montem Sipylum Græcos eam finxisse argumentis probare conatur. Quarum quidem sententiarum mihi quidem neutra satis placet.

Quum enim *Mueller* suam sententiam et lege revindicationis, quam vocat, et narrationibus Hygini, Mythographi Vat. 2, Mythographi Vat. 3, Malalæ firmare studeat, primum illa lex, licet de Pelope aliquid valeat, ad Tantalum, ut qui in nulla fabula narretur e Lydia in Græciam emigravisse, nullo modo pertinet. Neque in hac re quidquam Tantali cum Pelope cognationi tribuendum est. Nam ea posteriore tempore exstitit [4].

Deinde testimonia antiquorum, quibus quidem fides sit habenda, præsto non sunt. Nam de *Mycenis* si reputamus eos, qui ibi Tantalum cultum fuisse memoriæ tradiderunt, mythicam suam narrationem a Didymo accepisse [5],

Tum melius mihi videtur suspicatus esse *Plato*, qui Crat. 395 d (v. p. 60) de omnibus Tantali malis cogitavit. Quem sequuntur et veteres et recentiores, velut *scholiastes* in Eur. Or. 5 (v. p. 90), *H. Stephanus* v. Τάνταλος, *Theiss*, De prov. Tant. p. 6, *Pott*, K. Z. 7 (1857), p. 337, *Wide*, Lakonische Kulte, Lpz. 1893, p. 216 ("Dulder").

[1] Mythol. der Gr. Stämme 1, pp. 102 sqq.

[2] De Eurip. mythopoeia p. 31; Gig. und Tit. p. 89.

[3] Pergamos pp. 92 sqq.

[4] Cfr p. 109.

[5] Ioannes Malalas 4: 97 (v. p. 9).

Didymum autem e Phanocle poeta quasi fonte hausisse [1], Phanoclem denique, qui, qualis esset fabula popularis, modo ne deorum dignitas detrimentum caperet, minime plerumque [2] curaverit, ne hic quidem pluris æstimandum esse [3], facile intellegitur, quantopere vacillet alterum Muelleri firmamentum. Præterea facile fieri potuit, ut ne Phanocles quidem neque Didymus sed mythographi ipsi, quorum magni interfuit quasi fabularum rimas quovis modo conglutinare, Tantalum Mycenis regnasse in fabulam inculcarent.

Quo modo autem Tantalus rex *Mycenarum* et *Corinthi* — qua in urbe et ipsa maxima potestate eum floruisse Mythographus Vat. 2 [4], anonymus Vergilii interpres [5], Mythographus Vat. 3 [6] eisdem fere verbis narrarunt, unde clare elucet, quia huius narrationis auctores ante quintum sæculum medium p. Chr. n. non scripserunt [7], eorum auctoritati minimum momenti esse tribuendum — fieri potuerit, facile est intellegere. Nam quum Tantalus avus Κορίνθου [8] et auctor gentis Agamemnonis, qui Mycenas atque Corinthum imperio suo tenuisset [9], diceretur, in mentem mythographo cuidam facile erat venire auctorem gentis in iis locis regnavisse, ubi summa potestate fuissent posteri eius. Etiam loci scriptorum antiquorum prave intellecti mythographos inducere potuerunt hæc ut crederent scriberentque, velut de Corintho locus Senecæ, Med. 748 (v. p. 67).

Neque de *Argis* meliores auctores in lucem proferri

[1] Georgius Syncellus p. 161 D (v. p. 48). Cfr Orosium, Hist. 1: 12 (v. p. 47).

[2] *Preller*, Rh. Mus. 4 (1846), p. 402.

[3] *Preller*, Rh. Mus. 4, p. 403.

[4] Fab. 102 (v. p. 10).

[5] In Aen. 6: 603 (v. p. 10).

[6] 6: 21 (v. p. 10).

[7] *Bode*, Script. rerum mythicarum lat., 1, Celle 1834, p. VII; *Thilo*, zu Serv. 1, p. LXVII.

[8] Scholiastes ad Eur. Or. 5.

[9] Hom. Il. 2: 569—70.

possunt. Hyginus [1] enim solus in tabula regum Argivorum Tantalum quoque enumerat. Quod quoniam hic auctor primo p. Chr. n. sæculo hæc scripsit [2], et Tantalus, quum Ἀργεῖος nepos eius esset [3] posterique eius Pelops [4], Atreus, Thyestes, Agamemnon Argi regnassent [5], ut gentis auctor in posterorum regno facile rex fieri potuit, ad quam sententiam confirmandam fortasse etiam valuit et quod notum erat Orestem primum coloniam in Aeolidem deduxisse [6] et quod in hanc partem aliqui scriptorum loci, ut Eur. El. 11 [7], Cicer. de offic. 3: 21, 84 [8], Stat. Theb. 1: 279 [9] (cfr Nonn. Dion. 3: 258 [10]) perperam accipi potuerunt, vix est, cur dubitetur, quin auctoritati et fidei Hygini non multum sit tribuendum.

Neque firmiora argumenta affert *Mayer*. Nam Tantali famam non Lydiæ fuisse originis sed Græcæ ea re confirmari credit, quod sepulcrum Argis a Niobæ busto proxime situm per errorem minoris Tantali alicuius dictum sit. Nam apparere credit, quum illis temporibus certum fuerit Tantalum Lydum fuisse, necessarium hominibus fuisse, si de Tantalo aliquo Argi audiverint, hunc alium quendam fuisse atque nimirum iuniorem [11].

[1] Fab. 124 (v. p. 9).

[2] *Teuffel-Schwabe*[5], p. 618.

[3] Pherecydes teste schol. in Odyss. 4: 22, Schol. ad Eur. Or. 5.

[4] Eodem sensu *Thræmer*, Pergamos p. 94, putat fabulam de Pelope narratam Tantalum in Argolidem attraxisse.

[5] Hom. Il. 2: 105.

[6] *Hellanicus*, frgm. 114; *Tuempel*, Philol. 48 (1889), p. 119; *Busolt*, Gr. Gesch. 1^2, Gotha 1893, p. 273; *Torp*, Hellenernes Førhistoriske Vandringer, Kristiania 1894, p. 38.

[7] χὼ μὲν (Agamemnon) παλαιὰ σκῆπτρα Ταντάλου λιπὼν
ὄλωλεν.

[8] At cui regno? Quod a Tantalo et Pelope proditum iure optinebatur.

[9] Me (Iunonem) Tantaleis consistere tectis (= Argivorum),
quæ tamen invidia est?

[10] ἔστι πόλις κλυτὸν Ἄργος ἐδέθλιον ἵππιον Ἥρης,
νήσου Ταντελίδαο μεσόμφαλος.

[11] Eiusdem fere sententiæ est *Stark*, Niobe p. 351.

Quam tamen sententiam esse reiiciendam quum ex iis, quæ supra sunt allata, intellegitur tum vel maxime ex hac re, quod quum Argis fabula de Niobe ficta et Phoroneo patre esset pervulgata [1], nulla prorsus causa erat, cur ibi de Tantalo Niobæ patre aliquid narraretur.

Nec magis probanda est *Thræmeri* sententia, qui putat Tantali famam e Lydia [2], maxime e Sipyli regione, origines duxisse [3]. Neque tamen ulla est causa allata, cur, quia ad Sipylum terra movebatur, eo ipso loco fabulam exortam putemus, cui nomen Tantali antea numquam connexum esset. Quod si Tantali nomen huic monti tributum fuisset, puto Thræmerum recte iudicaturum fuisse.

Me quidem, quum locum quæro, ubi orta sit hæc de Tantalo fabula, vestigia ad Lesbum insulam ducunt. Ibi enim heroico honore colebatur [4], e qua re elucet eum ibi quondam celeberrimum fuisse. Indeque fabulam originem traxisse ex eo facile suspicamur, quod his solis locis cultus esse traditur. Quæ sententia eo certior fit, quod in ea insula mons fuisse dicitur nomine Tantali nuncupatus [5]. Immo vero probari potest heroa Tantalum e monte Tantalo non aliter nomen cepisse quam Atlantem [6], Solymum [7], Tmolum [8] heroas e montibus eorundem nominum, id quod

---

[1] *Stark*, Niobe p. 338.

[2] Valde dubium mihi videtur, num is Tantalus, cuius mentio fit apud *Xanthum*, *Nicolaum Damascenum*, ad nostram fabulam pertineat. Hi enim nihil aliud quam de patre et de fratre, quorum tamen neutri idem nomen est atque in fabula, mentionem facientes nullam fabulam afferunt. Cfr p. 14.

[3] Pergamos p. 93: "Tantalos lässt sich von der Vorstellung einer Naturkatastrophe gar nicht trennen, er ist das mythische Bild des Σίπυλος ἀνατραπείς."

[4] *Steph. Byz.*, v. Πόλιον (v. p. 7).

[5] *Herodianus* 1, p. 159 Lentz (v. p. 7); *Steph. Byz.*, v. Τάνταλος (v. p. 7).

[6] In diversa sententia est Ovid., Metam. 4: 657; cfr *Roscherum*, Lex. Myth. 1, col. 707.

[7] In nummis Termessi inventis; Strab. 13: 4, 16, p. 630.

[8] Ovid., Metam. 11: 151, 157.

non solum apud Græcos sed etiam apud alios populos sæpe fit, quod montes nimirum fabulis vetustiores sunt hominesque curabant, ut montibus nomina adderent, quum frustra exempla quæramus homines montibus sua quemque nomina nisi mutata dedisse, ut poetæ atque mythographi antiqui sibi persuaserunt [1]. Idque eo certius fit, quod Tantali fabula, ni fallor, e natura assumpta est, ut mons quidam terræ aliquo motu e fundamentis suis avulsus homines ad fabulam fingendam primum excitaret.

Quæ quum ita sint, in nulla insula nisi Lesbi fabula orta esse potest. Nam benignitate terræ locorumque opportunitate ac salubri aëris temperie excellebat [2]. Tota autem illa fortuna turbidis terræ motibus interrumpebatur. Montes collabebantur, urbes destruebantur, terra in loca deserta redigebatur [3].

Qua ex re illucescit, quam facile incolæ divitias hominum naturæ impetu evanescere conspicati cogitaverint deos in his rebus iram ostendisse et talem naturæ motum præ oculis habentes varios vitæ casus finxerint.

Quæ quum omnia ad res Lesbiacas perbene affingi potuerint, dubium nullo modo est, quin non minus nomen quam fabula herois e monte illo evaserit, quem huiusmodi perturbationibus ibi frequentibus subversum esse credibile fit. E monte enim illo incolæ animis sibi informarunt animantis imaginem, quæ sortem humanam assumpsit.

Neque est dubitandum, quin Tantalus notione montis paulatim evanescente e tegumine primigenio quasi solutus non modo naturam priorem exuerit sed etiam heros totus evaserit. Quæ res eo facilius processit, quod fabula a Græcis accepta statim verbum illud ad radicem ταλ pertinere existimabatur.

---

[1] Velut de Tantalo *Herodianus*, *Steph. Byz.*

[2] Diodorus Sic. 5: 82; Tacitus, Annal. 6: 3.

[3] *Strabo* 13: 2, 4; *Plinius*, Hist. Nat. 5: 39; *Encycl. Brit.*[9] Vol. 14, p. 474: "earthquakes were often experienced in the island; the latest, that of 1861, is still remembered as one of the severest known in a country of earthquakes."

At non solum Lesbi sed etiam aliis locis hanc fabulam viguisse invenimus. Nam quum Lydia omnis tum illa circum montem Sipyli pars terræ monumenta præbet, quibus nixi fabulam ibi valde effloruisse putemus. Quum enim fabula insularis plane evanuerit, fontes ad Sipylum spectantes benigne fluunt.

Sed causam, quæ, ut fabula nostra ad duo hæc loca connecteretur, re vera effecerit, in natura locorum illorum perspicimus. Ad Sipylum enim ut Lesbi fertilitate terra vigebat, quia Hermus fluvius loca illa perfluebat, montesque auri pleni erant [1]. Sed quemadmodum Lesbi sic etiam hic res floridæ interdum horridis terræ motibus [2] turbabantur [3].

[1] *Strabo* 14: 5, 28, p. 680 (v. p. 6); *Priscianus,* De laude Anastasii v. 791:

> Mæoniæ tellus . . .
> et Tmoli colles, fluvius quibus aurifer exit
> Pactolus.

[2] Re vera terram apud Sipylum antiquissimis temporibus tremefactam esse auctores sunt *Democles Pygelensis,* fr. 1, teste Strabone 1: 3, 17, p. 58 (μιμνήσκεται δὲ (Demetrius Scepsius) πρὸς ταῦτα τῶν ὑπὸ Δημοκλέους λεγομένων, σεισμούς τινας μεγάλους τοὺς μὲν πάλαι περὶ Λυδίαν γενομένους . . . ἱστοροῦντος, ὑφ᾽ ὧν. . . καὶ Σίπυλος κατεστράφη κατὰ τὴν Ταντάλου βασιλείαν), *Aristoteles,* Meteorolog. 2: 8, 47 (τοῦτον γὰρ τὸν τρόπον γενομένου σεισμοῦ τὰ περὶ Σίπυλον ἀνετράπη), *Strabo* 12: 8, 18 (καὶ τὰ περὶ Σίπυλον δὲ καὶ τὴν ἀνατροπὴν αὐτοῦ μῦθον οὐ δεῖ τίθεσθαι), cfr 1: 3, 4, *Plinius,* Nat. Hist. 2: 205 (v. p. 5), 5: 117 (v. p. 5), *Plutarchus,* Mor. 1059 c (v. p. 50), *Schol. Bob.* pro Flacco 5: 2, p. 232 (v. p. 5). Etiam anno 17 p. Chr. n. ibi urbes nocturno motu terræ esse collapsas testatur *Tacitus,* Annal. 2: 47. Nuperrime anno 1880 ea regio tali fortuna afflicta est. Cfr *C. Humannum,* Mittheil. D. Arch. Inst. At. Abt. 13, p. 35. *Ramsay* contra, Journ. of Hell. Stud. 3, pp. 36, 65, propter angustias montium („ravines"), quæ aqua essent contritæ, in errores inductis veteribus non minus quam recentibus in mentem venisse motum terræ censet.

[3] Cum aliqua istius regionis mutatione physica cohærere fabulam putant *Tafel,* Diluc. Pind. 1, p. 40, *Preller,* Gr. Myth. 2[2], p. 381, *E. Curtius,* Gr. Gesch. 1[5], p. 72, *Max. Mayer,* Gig. und Tit. p. 89, *Thræmer,* Pergamos p. 92, *Jebb,* Soph. Antig.[2], Cambridge 1891, p. 152, *Robert,* Gr. Myth. 1[4], p. 822. Sed contra eam sententiam pugnat, ut pro ceteris eius inventis par erat, *H. D. Mueller,* Myth. der Gr. Stäm. 2, p. 149.

Sed ad hanc terræ naturam accedere debet magna similitudo deorum cultus, quo utebantur utriusque loci incolae. Quod ita se habuisse nullis de hac ipsa re certis testimoniis exstantibus eo modo tantum concludere possumus, si aut unus idemque populus aut cognati in utraque terra habitarunt. Sed ea sola conditione intellegere possumus Tantalum et Lesbi et ad Sipylum esse cultum, si e monte Tantali Lesbiaco fabula usque ad Sipylum immigravit, ubi nescio qua causa firme inhæsit.

Quo in genere scimus Aeoles colonos non solum Lesbo [1] potitos esse sed etiam victores contra incolas dimicantes usque ad Sipylum [2], quo Magnesiam ad Hermum [3] sitam Smyrnamque [4] colonias deduxerunt, et ad Mæandrum fluvium, ubi alteram Magnesiam [5] condiderunt, penetrasse.

In utramque igitur partem concludere possumus, ita ut statuamus fabulam aut terra illa capta ab Aeolibus inventam, ut vult *Thræmer* [6], aut ab iis acceptam esse, qui extruderentur.

Considerantes autem, qui populus ille fuerit numque et Lesbum et alteram circa Sipylum regionem possederit, pro certo statuere in tanta ambiguitate, quantam commigratio gentium omnium undique confluentium nobis diiudi-

[1] *Strabo* 13: 1, 3, p. 582; *Plehn,* Lesbiacorum liber, Berl. 1826, p. 37; *A. Holm,* Gr. Gesch. 1, Berl. 1886, p. 182; *Torp,* Hell. Førhist. Vandr. p. 40. Ad hanc expugnationem redire possunt quæ de Achille insulæ expugnatore narrantur. *Hom.* Il. 9: 129 = 271, 664; *E. Curtius,* Gr. Gesch. 1[3], p. 114; *K. Muellenhoff,* Deutsche Alterthumskunde 1, Berl. 1890, p. 26: *O. Hoffmann,* Gr. Dial. 2, Göttingen 1893, p. 4; *E. Meyer,* Gesch. d. Alt. 2, p. 237; *Beloch,* Gr. Gesch. 1, Strassburg 1893, p. 52.

[2] *E. Meyer,* Gesch. d. Alt. 2, p. 232.

[3] *Holm,* Gr. Gesch. 1, p. 173, *Beloch,* Gr. Gesch. 1, p. 51.

[4] *Herodotus,* 1: 149.

[5] *Strabo,* 14: 1, 39, p. 647; *Otto Kern,* Gründungsgesch. von Magnesia am Maiandros, Berl. 1894, *v. Wilamowitz,* Hermes 30 (1895), pp. 177 sqq., sunt comparandi.

[6] Pergamos p. 86. Sed tamen a *Krahnero,* Pelops p. 283, dissentio, qui putat temporibus Homeri Tantali fabulam nondum ortam esse, tamquam si cogitari non possit Homeri ætate exstitisse res et fabulas quæ ab Homero non commemorentur.

cantibus præbet, possumus Aeoles illos e Thessalia et Boeotia[1] egressos sub millesimum annum a. Chr. n.[2] in insulis et in Asia vel in Teucros vel in Mysos vel in Lydos vel in Phryges vel in Cares vel in Poenos incidisse. Pelasgi[3] enim aliique prisci incolæ[4], velut Leleges[5], non minus quam Hittitæ[6] iam eiecti erant aut cum victoribus in unius populi corpus coaluerant[7].

Sed quo clarius e fabulis de bello Troiano narratis elucet ad septentriones se vertentes Aeoles immigrantes cum *Teucris*[8] conflixisse, eo incertiores sumus, quibus cum populis ad meridiem profecti sint congressi.

Mysi[9], ut ab iis exordiamur, ex his locis iam in mediterranea loca a Lydis erant eiecti[10], quia antiqui auc-

[1] *Thucydides*, 7: 57, 5; 8: 100, 3; *Beloch*, Gr. Gesch. 1, p. 55; *Busolt*, Gr. Gesch. 1^2, Gotha 1893, p. 273; *E. Meyer*, Gesch. d. Alt. 2, p. 234; *Torp*, Hell. Førhist. Vandr. p. 39.

[2] *Max Duncker*, Gesch. des Alterthums 1^5, Lpz. 1878, p. 485; *E. Meyer*, Gesch. d. Alt. 1, p. 336; *Holm*, Gr. Gesch. 1, p. 180; *K. Muellenhoff*, D. A. 1, p. 60; *Beloch*, Gr. Gesch. 1, p. 58; *Torp*, Hell. Førh. Vandr. pp. 40, 43.

[3] *Holm*, Gr. Gesch. 1, pp. 69 sqq.; *Pauli*, Eine vorgriech. Inschr. von Lemnos, Lpz. 1886, pp. 41 sqq. Cfr *d'Arbois de Iubainville*, Les premiers Habitants de l'Europe 1, Paris 1889, pp. 90 sqq.; *Torp*, Hell. Førh. Vandr. p. 10.

[4] *Thræmer*, Pergamos pp. 339 sqq.; *Tomaschek*, Die Alten Thraker 1, p. 2; *Torp*, Hellen. Førh. Vandr. p. 9.

[5] *Holm*, Gr. Gesch. 1, p. 79; *Torp*, Hell. Førh. Vandr. pp. 17 sqq.

[6] *Strehl*, Handb. der Gesch. 1, Breslau 1892, p. 8; *L. de Lantsheere*, De la race et de la langue des Hittites, Bruxelles 1891; *E. Meyer*, Gesch. des Alt. 1, pp. 305, 319; 2, p. 136; *Pauli*, Altit. Forsch. 2: 2 (1894), pp. 212 sqq.; *Wachsmuth*, Einl. in d. Alt. Gesch. pp. 458 sqq. Cfr tamen *Thræmerum*, Pergamos p. 341.

[7] *E. Curtius*, Gr. Gesch. 1^3, p. 64; *Torp*, Hellen. Førh. Vandr. p. 18.

[8] *Plehn*, Lesb. p. 44; *E. Curtius*, Gr. Gesch. 1^3, p. 112; *Holm*, Gr. Gesch. 1, p. 189; *Tomaschek*, Die Alten Thraker, Wien 1893, pp. 13 sqq.; *Cauer*, Grfr. d. Homerkritik, Lpz. 1895, pp. 133 sqq.

[9] *E. Meyer*, Gesch. des Alt. 1, p. 301.

[10] Cfr tamen *Plehnium*, Lesb. p. 45, *Danckerum*, Gesch. d. Alt. 1^5, p. 485, *Belochium*, Gr. Gesch. 1, p. 51. Sed Mysos post Aeolum immigrationem quum in Asia tum ad ripas Eueni consedisse putat *Thræmer*, Pergamos p. 362.

tores[1] narrant Mysos, quum de campis circa Thebas et Lyrnesum urbes sitis, antequam Græci eo e Lesbo migrassent[2], Lydis cum Mysis certamina fuissent, a Mæonibus[3], quo nomine usi a veteribus Lydi a principio credebantur[4], ex litoribus maris Aegæi expulsos esse.

Etiam *Cares*[5], quum diu imperio suo longe plurimas Aegæi maris insulas tenuissent[6], iis temporibus iam ex insulis in septentrionali parte sitis fugati erant[7], quorum reliquias e ceteris insulis postea summoverunt Iones atque Dores[8].

Neque *Poeni*[9], qui Caribus e multis locis eiectis[10] in insulis[11] usque ad Thasum[12] negotiorum causa colonias constituerant, Græcos bello temptasse videntur[13]. Quos quum subactis nusquam incolis insularum hostibus potentissimis

[1] *Scylax*, Peripl. 98 = Mueller, Geogr. Gr. 1, p. 70; *Strabo* 13: 1, 8, p. 588.

[2] *Strabo*, 13: 1, 61, p. 612.

[3] Λυδοὶ οἱ τότε Μῄονες (Strabo), quæ verba mihi impedire videntur, quominus non prius quam temporibus Gygæ, ut censet *Thræmer*, Pergamos p. 278, hæc certamina esse pugnata putemus. Neque de hoc Gygæ bello apud antiquos ulla mentio fit. Cfr *Schubertum*, Könige von Lydien pp. 35 sqq.

[4] *Herodotus* 1: 7; *Thræmer*, Pergamos p. 342, *Pauli*, Inschr. von Lemnos p. 59.

[5] *Holm*, Gr. Gesch. 1, p. 81, *Pauli*, Inschr. von Lemn. pp. 62 sqq.; Altit. F. 2: 2, pp. 106, 140 sqq.

[6] *Herodotus*, 1: 171; *Thucydides* 1: 8; *Schol.* Ven. B. in Il. 3: 236; *Plehn*, Lesb. pp. 33, 37; *Duncker*, Gesch. des Alt. 1^5, p. 486; *Beloch*, Gr. Gesch. 1, p. 49; *Busolt*, Gr. Gesch. 1^2, p. 263.

[7] *Duncker*, Gesch. des Alt. 1^5, p. 486; *Holm*, Gr. Gesch. 1, p. 189; *E. Meyer*, Gesch. des Alt. 2, p. 59.

[8] *Herodotus* 1: 171; *G. Meyer*, B(ezzenberg.) B(eiträge) 10 (1885), p. 202.

[9] *Strehl*, Handb. der Gesch. 1, p. 15.

[10] *Duncker*, Gesch. des Alt. 1^5, p. 486.

[11] *Thucydides* 1: 8; *Busolt*, Gr. Gesch. 1^2, p. 263.

[12] *Herodotus* 6: 47; *E. Meyer*, Gesch. des Alt. 1, p. 233; 2, p. 145.

[13] Cfr *E. Meyerum*, Gesch. des Alt. 1, p. 312.

resistere non potuerint [1], a victoribus Mysorum et Carum esse superatos [2] verisimillimum est.

Atque *Phryges* [3], postquam aliquando ad mare, ubi ante alios Teuthranii maxime habitabant [4], imperio sunt potiti, cum Caribus et Lydis armis congressi atque ab iis bello superati [5] in mediterraneis Asiæ minoris locis dominarunt [6].

Lydi [7] igitur soli, quorum reges iis temporibus optimo iure ut tota Asiæ terra ad Aegæum mare sita suæ ditionis esset postularunt [8], non solum in suis sed etiam in vicinorum infirmiorum finibus fortiter Aeolibus aggredientibus resistere potuerunt [9].

Aeoles autem præcipue cum Lydis commercium habuisse ex ea re elucet, quod satis constat et Lydos eosdem fere mores ac Græcos assumpsisse [10] iisdemque armis usos esse [11] et Græcos ipsos ab illis lanam eburque tingere [12] et

[1] *E. Meyer*, Gesch. des Alt. 1, p. 231; 2, p. 142.

[2] *Beloch* tamen, Gr. Gesch. 1, pp. 73, 75, contendit Poenos neque ante Græcorum occupationem in mari Aegæo navigasse neque ullo tempore eo colonias deduxisse.

[3] *E. Meyer*, Gesch. des Alt. 1, p. 299; *Pauli*, Altit. F. 2: 2, p. 56.

[4] *Thræmer*, Pergamos p. 369.

[5] *Thræmer*, Pergamos pp. 285, 361, 369, qui tamen censet extremo sæculo octavo Phryges a Lydis pulsos esse. Sed de his pugnis e fontibus nihil hauriri potest. Cfr *Schubertum*, Könige von Lydien pp. 18 sqq.

[6] *Holm*, Gr. Gesch. 1, p. 231; 2, p. 189.

[7] Lydi et *Semitici* fuisse putati sunt (*P. de Lagarde*, Gesam. Abhandl., Lpz. 1866, pp. 270, 291) et *Pelasgi* (*Pauli*, Vorgr. Inschr. von Lemnos, pp. 67 sqq.; Altit. F. 2: 2, pp. 106 sqq., 142 sqq.) et e *commixtis populis* constare (*Thræmer*, Pergamos pp. 341, 349, 350). *K. F. Johansson* vero, ut mihi dixit, eos *Indoeuropæos* fuisse censet, quamquam hoc e bonis magis quam multis argumentis vinci posse ipse concedit. Cfr *E. Meyerum*, Gesch. d. Alt. 1, p. 299, *G. Meyerum*, I. F. 1 (1892), p. 329, *Solmsenium*, K. Z. 34, pp. 77 sqq.

[8] *E. Curtius*, Gr. Gesch. 1^3, p. 110.

[9] *Holm*, Gr. Gesch. 1, p. 189; *Beloch*, Gr. Gesch. 1, p. 51.

[10] *Herodotus* 1: 94.

[11] *Herodotus* 7: 74.

[12] *Hom.* Il. 4: 141; *Duncker* Gesch. d. Alt. 1^5, p. 485.

pila aleaque ludere [1] didicisse [2] artisque musicæ instrumenta [3] et cultum deorum quendam, imprimis Cybeles, quæ non solum Sardibus [4] sed maxime in montibus Tmolo et Sipylo colebatur [5], fabulasque, velut multa e Sandone heroe Lydio in Herculem suum transferentes [6], recepisse.

Bellum etiam inter eos fuisse ex rerum monumentis licet eruere. Nam Mermnadae, ut primum reges Lydorum facti fines regni vi et armis dilatare coeperunt, quum in Græcos omnino, qui et terra et mari Lydos sollicitassent, tum maxime in Smyrnam [7] Magnesiamque ad Hermum sitam [8] colonias Aeolum primum impetum fecerunt [9].

Ac quamquam, ut ad Lesbum redeamus, e certis quidem testimoniis Lydos ea insula potitos esse non evadit, si quidem ibi ab initio Pelasgi [10] ac deinde Iones [11], ut scriptores antiqui narrant, sive Poeni [12] Caresve [13] habitarunt, ut recentiores fere auctores sunt *Tuempelio* [14] excepto, qui Pelasgos post adventum Aeolum mansisse putat, tamen non dubitare possumus, quin Lydis domicilium illud tribuendum sit, considerantes eos, qui in Asia Phryges et Cares Mysosque devicissent, regni cupidos illis non concedere voluisse, ut in

[1] *Herodotus* 1: 94; *Duncker*, Gesch. d. Alt. 1^5, p. 485.

[2] *Strehl*, Hb. d. Gesch. 1, p. 13; *Busolt*, Gr. Gesch. 2^2, Gotha 1895, p. 454.

[3] *Stephanus Byz.*, v. Ἀσία, πόλις Λυδίας παρὰ τῷ Τμώλῳ, ἐν ᾗ τρίχορδος εὑρέθη κιθάρα.

[4] *Herodotus* 5: 102.

[5] *Roscher*, Lex. d. Myth. v. Kybele col. 1653.

[6] *K. Wernicke*, Aus der Anomia, Berl. 1890, pp. 71 sqq.

[7] *Herodotus* 1: 14.

[8] *Nicolaus Damascenus*, fr. 62.

[9] *Schubert*, Könige von Lydien, pp. 35, 37; *Busolt*, Gr. Gesch. 2^2, p. 461.

[10] *Diodorus Siculus* 5: 81; *Plehn*, Lesb. pp. 27 sqq.; *Tuempel*, Phil. 49 (1890), pp. 118, 707 sqq.; *E. Meyer*, Gesch. d. Alt. 2, p. 233; *Torp*, Hellen. Førhist. Vandr. p. 13.

[11] *Diodorus Siculus* 5: 81.

[12] *Muellenhoff*, D. A. 1, p. 67; *Tuempel*, Phil. 48 (1889), p. 122.

[13] *Plehn*, Lesb. p. 33.

[14] Philolog. 48, pp. 123, 128.

insulis, præcipue Lesbi, in insula maxime propinqua, quo etiam cultum Cybebes induxerunt[1], incolumes essent.

Ex quibus rebus satis probatur fabulam illam Tantali in terra Lydorum[2] exortam ab Aeolibus receptam posteaque addendo tollendo plane permutatam esse, unde fit, ut id, quod de nomine posuimus, nunciam rebus nixi certe concludere possimus.

Neque a moribus Lydorum fabula nostra abhorret, quippe qui populus, ut atroci deorum cultu utebatur, in fabula de hominibus immolandis mutilandisque fingenda facile delectari potuerit. Narrant[3] enim Cambletem Tantalo non dissimiliter ventri indulgentem ad eam immanitatem progressum esse, ut coniugem suam trucidatam comederet[4].

Ex iis igitur, quæ supra disputata sunt, effici posse credo *fabulam Tantali* in terra Lydorum, a principio *in regione Lesbi* insulæ montuosa *circa montem Tantalum sita, exortam* atque inde *ad Sipylum montem translatam*, ubi nescio qua de causa firmiter inhæsit, postmodo *ab Aeolibus receptam perfectamque esse.*

* * *

Sequitur, ut in disceptationem cognitionemque vocemus, *quo temporum ordine fabula* per tot tamque varias species *conformata* sit.

---

[1] *Roscher*, Lex. d. Myth. v. Kybele, col. 1654.

[2] Plurimi virorum doctorum, *Nitka*, De Tant. nom. orig. p. 8, *Stark*, Niobe p. 427, *Mayer*, Gig. und Tit. p. 89, *Wide*, Lak. Kulte, p. 216, *alii*, putant eam fabulam Græcam esse sed antiquitatem ultimam attigisse. Inter eos *Stark*, vir sagacissimus, contendit Tantalum a principio eundem fuisse atque Iovem. *Wide* quidem, vir scientia antiquitatis, quæ in veterum artis monumentis fabulisque versatur, excellentissimus, satis habuit admonuisse deum collium montiumque eum fuisse.

[3] *Xanthus*, fr. 12.

[4] Improbandæ igitur sunt *Dunckeri* et *Gardneri* sententiæ, quorum uterque nulla allata causa fabulam apud alios populos confictam esse perhibet, ille, Gesch. des Alt. 1^5, p. 485, apud Mysos, hic, New chapters in Greek History, p. 34, apud Phryges.

Quarum verisimile est eam narrationem esse principalem ac primigeniam, quæ poenas in ipso Tantali regno collocet[1]. Cuius autem sceleris commissi hæc conformatio eum poenas dantem finxerit, quamquam valde ambigi potest, præsertim quum Tibullus[2] atque Aristides[3] hoc crimen nihil aliud nisi mendacium poetarum esse affirmarint, tamen primum omnium filium mactatum ei obiectum esse eo confirmari credo, quod hæc narratio adeo per ora hominum lata est, ut Pindarus[4] et Euripides[5] vehementissime illam veram esse negarent. Neque dubium est, quin fabula de filio mactato non aliena[6] fuerit a cruento more populorum vetustissimorum, qui quondam credebant[7] deos hominibus immolatis delectatos esse[8].

---

[1] *Tafel*, Diluc. Pind. 1, pp. 40 sqq.; *Thræmer*, Pergamos p. 87.

[2] 1: 4, 63 (v. p. 38).

[3] 22: 272 (v. p. 40).

[4] Ol 1: 72 (v. p. 23).

[5] Iphig. Taur. 386 (v. p. 38).

[6] Hanc fabulam priscos Græcos homines immolasse esse documento *Gerhard*, Rh. Mus. 10 (1856), p. 440, docet. Atque *H. D. Mueller*, Mythol. der Griech. St. 2, pp. 151 sqq., *Thræmer*, Pergamos p. 94, *Preller-Robert*, Gr. Myth. 1^4, p. 128, ad fabulam, quam tractamus, fingendam id quod de Lycaone refertur (cfr *Goerres*, Berl. Stud. für class. Phil. und Arch. 10: 2 (1889), pp. 10 sqq.) multum valuisse censent. *Stark* quidem, Niobe p. 431, Dionysi cultu et præsertim Agrioniis effectum esse putat, ut fabula tali modo conformaretur.

[7] Omnes populos quondam in ea sententia fuisse clare ex eorum fabulis elucet. De Indoeuropæis, qui vocantur, cfr *Schraderum*, Sprachvergl. und Urgesch. p. 441, *Torpium*, Hellen. Førh. Vandr. p. 5. Neque defuisse apud Græcos talem de diis opinionem quum multis aliis ex rebus cognoscitur tum vel maxime ex iis fabulis, quæ apud Arcades de Lycaone (cfr *Immerwahrium*, Kulte und Mythen Arkadiens 1, Lpz. 1891, p. 14), de Athamante (cfr *Goerres*, Berl. Stud. für class. Phil. 10: 2, p. 84) apud Thessalos sunt narratæ. Eiusmodi fabulas in unum collegit *Woiewodsky*, Kannibalismus in den griech. Mythen, Petersburg 1874. Cfr *Lugebilium*, N. Jahrbb. für Phil. 125 (1882), pp. 724 sqq. Ne Hebræos quidem, populum illum a deo dilectum, abhoruisse ab hac crudelitatis plena opinione negare licet. Vide Geneseos cap. 22: 9, 10, 12, quos versus scripsit anno fere 750 a. Chr. n. (*Cornill*, Einl. in das Alte Testam., Freiburg 1891, p. 311) Elohista, qui vocatur (*F. Delitzsch*, Neuer Comm. über die Genesis, Lpz. 1887, pp. 324 sqq., *Cornill*, Einl. p. 29). De locis Talmudicis cfr *Bergelium*, Mythol. der alten Hebräer, Lpz. 1882, p. 73.

[8] Eam diis vel maxime admirandi lætandique causam fuisse, quod Tan-

Hæc igitur *fabula*, ut mihi quidem persuasum est, ad montem Sipylum *a principio* ita apud populum est *narrata:* erat Sipyli, in urbe opulentissima, dives atque a diis mirifice dilectus [1] rex, nomine Tantalus. Quem dii, quum iis filium mactatum ac coctum in convivio comedendum apposuisset[2], patria subvertenda[3] atque Sipylo monte super eum iniiciendo[4] puniverunt[5].

Sed ea, quæ prima erant et maxime propria huius fa-

talus filio suo non pepercisset, rati sunt *Gregorius Naz.* 39: 5 (v. p. 41), *Nonnus Abbas* ad Greg. 1: 4 (v. p. 42), *Nicetas David* in Greg. 57: 2 (v. p. 42), *Tzetzes* in Lycophr. 152 (v. p. 114), *Natalis Comes,* Myth. 6: 18 (v. p. 42), *Pseudo-Eudocia* 757 (v. p. 43), qui pristinæ religionis cultoribus deos eorum carnem hominum appetentes obiicere haud omiserunt. Sed tamen alii alias sceleris causas excogitarunt. Deorum enim numen experiri Tantalum voluisse credunt *Lactantius Placidus,* Arg. Met. 6: 6 (v. p. 26), *Servius* in Verg. Georg. 3: 7 (v. p. 41), *Mythographus Vat.* 1: 12 (v. p. 41), *Lactantius Placidus* ad Stat. Theb. 1: 230 (v. p. 41), 1: 246 (v. p. 34), *Boccatius,* Gen. deor. 12: 1 (v. p. 75). Ei autem epulas defuisse suspicati sunt *Anonymus* in Verg. Aen. 6: 603 (v. p. 10), *Myihographus Vat.* 3: 6, 21 (v. p. 10). Has denique duas causas coniunxerunt *Mythographus Vat.* 2: 102 (v. p. 10), *Schol. Bernens.* ad Verg. Georg. 3: 7 (v. p. 42).

[1] *Thræmer,* Pergamos p. 94, fabulæ recentioris hæc fuisse putat.

[2] *H. D. Mueller,* Myth. d. Gr. St. 2, p. 149, eam fabulam, quæ de filio mactato est, primigeniam censet. Ceteras autem narrationes nihil aliud esse nisi nugas veterum Homeri interpretum. *Krahner* contra, Pelops p. 283, posteriore tempore illam inculcatam esse opinatur, nimirum quod auctor sit recentior.

[3] *Ramsay,* Journ. of Hell. Stud. 3 (1882), p. 34, negat in antiquissima fabula de regno et patria Tantali subversis ullam mentionem esse factam.

[4] *Welcker,* Rh. Mus. 10 (1856), p. 252, *Stark,* Niobe p. 429, hæc recentiora credunt. Quæ *Mayer* contra, Gig. und Tit. p. 88, Mythographo Vat. 1: 12, cuius tamen de Tantalo gigante narratio valde suspecta mihi videtur (cfr p. 41), fultus contendit ad fabulas de gigantibus fictas referenda esse. Cfr *Thræmerum,* Pergamos p. 408.

[5] *Ramsay,* Journ. of Hell. Stud. 3 (1882), p. 34, nihil aliud in fabula principali narrari quam Tantalum, quum contra deos peccavisset, in Tartaris punitum esse censet. *Wilamowitz* quidem, Hom. Unters. p. 201, narrationibus auctoris reditus Atridarum et Euripidis coniungendis primigeniam fabulam se restituisse confidit.

bulæ, paulatim mutarunt poetæ atque artifices[1]. Iam enim *auctor reditus Atridarum,* quem foeditatis fabulæ perantiquæ sine dubio pigeret, ita[2] eam refictam exposuit[3]: erat rex Tantalus. Cui quum inter deos versari contigisset Iuppiterque ultro promisisset, si quid peteret desiderium eius se esse expleturum, voluptatum insatiabilis vitam diis similem sibi exoptavit. Tum Iuppiter indignatus insana ambitione stimulatum Tantalum maiora quam fas esset appetivisse, etsi in promisso perstabat, tamen ne paratis frueretur, lapidem super caput eius appendit.

Sed eodem fere tempore epici poetæ aliam narrationem enixi sunt. Nam *Homeri interpolator* sententiis Orphicis imbutus septimo a. Chr. n. sæculo in Orcum[4] et quidem inter ceteros maleficos Tantalum deiecit[5]. Poenas autem easdem, quas ante esuriens et sitiens ille dederat, ei etiamnunc irrogavit. Quod quum apud inferos nectar ambrosiaque non exstarent, ab illo in aquas et poma mutanda erant[6].

[1] Ut antiquissimis iam temporibus *Philostratus,* Vit. Apoll. 3: 25, 2 (v. p. 37), totam hanc fabulam poetas confinxisse suspicatus est, ita novissimum ea sententia defensorem nacta est *Theissium,* Nachträge p. 11. Quos ut Tantalo, i. e. miserrimo homini, nomen recte et secundum naturam videretur impositum, scelus eius et poenam esse commentos.

[2] Hunc auctorem etiam *Athenæus,* 7: 281 b (v. p. 43), putat hæc excogitasse. Neque recte censet *Havet,* Rev. de Phil. 12, p. 166, eum secutos esse Alcæum, Archilochum, Pindarum, Euripidem, poetas Romanorum.

[3] Atqui *Dieterich,* Nekyia p. 76, *Robert,* Gr. M. 1^4, p. 822, censent hanc fabulæ speciem principalem esse.

[4] Antiquissima hæc esse dicunt *H. D. Mueller,* Myth. d. Gr. St. 2, pp. 151, 153, *Goerres,* Berl. Stud. f. cl. Phil. 10: 2, p. 112. Quin *Mueller* l. l. docet Tartarum eundem esse ac Tantalum, quod equidem *Nitkio,* De Tant. nom. orig. p. 14, assentiens nescio, quomodo defendi possit.

[5] Etiam *Nitzsch,* zu Odyss. 3, p. 322, *Comparetti,* Phil. 32, p. 243, censent interpolatorem hæc confinxisse. *H. D. Mueller* contra, Myth. d. Gr. St. 2, 150, Homerum tradita retulisse suspicatur.

[6] *Stark* quidem, Niobe p. 432, opinatur Tantalum in Tartaris poma, quæ in horto deorum mitescerent, vidisse, quibus tamen caeli nu-

Quæ fabulæ species, quamquam apud Græcos ut aliis cederet effectum est, tamen apud Romanorum poetas ac scriptores, qui, quum Homero ipsi hanc fabellam tribuere non dubitarent, eam anteponebant, floruit semper et dominata est [1]. Quo factum est, ut ad nostram ætatem ea potissimum specie Tantali fabula traderetur.

Alteram autem epicorum conformationem posteritati ad æternam memoriam propagarunt *lyrici Græci*. Sed quoniam hominem sceleratum inter deos versari non credebant [2], paulatim alii aliud mutarunt. Quorum præter omnes *Pindarus* ut in aliis fabulis ita etiam in hac elaboranda excellebat. Ipse enim testatur aliter ac priores [3] cantaturum esse. Atque ut fabulam conderet, qua deos sublimiores redderet [4], quum vehementer negasset filium Pelopem a patre suo mactatum ac discerptum esse, quod malevola illa fama apud vulgum spargenda priores diis maledicentes narrare solerent, fecit Tantalum nectar et ambrosiam a diis ad divinas epulas data cum mortalibus communicantem. Quod quum deos omnia perspicientes non latuisset, super eum valido saxo suspenso poenas inflixerunt [5].

bibus impeditus frui non posset. Sed non credibile est tam obscuram opinionem de Tartaris et de caelis hominem Orphicum habuisse.

[1] Nihil aliud, si quidem vere e reliquiis literarum Atticorum Romanorumque indicare volumus, possumus affirmare. Sed tamen *Comparetti*, Phil. 32, p. 245, censet solutæ orationis scriptores Atticorum, Odysseæ auctoritate motos, hæc tamquam hereditatem Romanorum auctoribus tradidisse.

[2] Fabulas, in quibus scelerati in caelo puniti narrantur, antiquiores esse iis, quæ poenam in Tartaris collocant, ostendunt *Mayer*, Gig. und Tit. p. 91, *Preller-Robert*, Gr. Myth. 2^2, p. 381; 1^4, p. 821. Cfr *Nitzschium*, zu Odyss. 3, p. 322, *Maassium*, Orpheus, München 1895, p. 262.

[3] Ol. 1: 56 (v. p. 23).

[4] *Leop. Schmidt*, Pindar's Leben und Dichtung, Bonn 1862, p. 261. *Bulle* contra, De Pindari sapientia diss., Bonn 1866, p. 15, dicit non novam sibi condidisse Pindarum hanc fabulam sed Pisæ eam ante prævaluisse.

[5] Antiquissima hæc esse censet *Stark*, Niobe pp. 429 sqq. Quum enim Tantalus, priscus montium deus, mortalibus e nubibus, quæ circa

Eodem quoque consilio *Euripides*, ut sæpissime fabulas immutare solet [1], fabulæ de Tantali sceleratis epulis inter homines evulgatæ obsistens confinxit crimen Tantali in eo constitisse, quod secreta deorum cum hominibus communicavisset, hac autem poena eum affectum esse, ut inter caelum et terram in medio suspenso ingens immineret saxum, solem scilicet in caput eius iamiam recasurum, quod inventum Anaxagoræ discipulum optime decet [2].

Posteriore ætate, quum quid ex nova illa fabulæ conformatione sequeretur colligerent, Tantali scelus in eo fuisse dicebant, quod primus solem esse lapidem impius auctor exstitisset [3].

Verum ne Euripides quidem efficere potuit, ut ubi poenas Tantalus daret, omnibus certe constaret. *Polygnotus* autem iam antea, quum Tantalum in Tartaro poenas dantem fecisset, eadem difficultate qua is, qui Homeri textum interpolaverat, intricatus easdem quidem atque ille poenas Tantalo imposuit sed ex antiquissima fabulæ specie saxum recepit. Neque aliter *philosophi*, ut Platones, Lucretii, Cicerones [4], poenam in Tartaro agi finxerunt, nihil curantes, quod primam fabulæ formam violabant.

Iam vero quod perfidus negavit se canem Iovi erep-

vertices eius considerent, pluvias salutares, ex herbis, quæ in clivis eius florerent, mel optimum, utile lac ex armentis et pecoribus, quæ in agris compascuis pascerentur, commodaverit et quum a principio nectar et ambrosia ex aquis, melle, lacte fuerint commixta, putat necessario totam fabulam ad hanc primariam speciem referendam esse. Quam late patuisse eo magis quod in patria vini, poetarum nectaris, atque in regione Dionysi natali orta esset. Qua in tota explicatione quæ ad probandum sumuntur, ut iam p. 95 vidimus, non vera sunt. Sed de primigenia compositione ambrosiæ et nectaris cfr *Roscherum*, Nektar und Ambrosia, Lpz. 1883, pp. 34, 37.

[1] *Robert*, Bild und Lied, Berlin 1881, p. 27.

[2] Primaria hæc esse negat etiam *Thræmer*, Pergamos p. 87. Contra putant *Wilamowitz*, Hom. Unters. p. 201, *Mayer*, Gig. und Tit. pp. 88, 91.

[3] Etiam *Welcker*, Rh. Mus. 10 (1856), p. 250, hæc posterioris ætatis fuisse censet.

[4] Cfr p. 60.

tum recepisse, qua ex re evadere potuit eius cum diis familiaritatem sensim evanuisse, necesse est ex omni fabulæ natura putemus hanc narrationem postero tempore [1] a *grammaticis Alexandrinis* inventam esse.

Atque eadem ætate et origine fabulam de Ganymede rapto exortam esse suspicari possumus. Nam si vetustior esset hæc fabula et iam antiquis temporibus per ora hominum pervulgata, sine dubio factum esset, quum illa maxime ab altera de raptu Ganymedis fabula abhorreret, ut quovis modo fabulæ contaminarentur et Tantalus Iuppiterque de adolescente certantes fingerentur. Quod tamen nusquam invenimus. Quantum autem concludere licet, a *Phanocle* [2] inventa est, qui, quum de amoribus puerorum scriberet, hac turpitudine Iovem absolvere vellet. Induxit igitur Tantalum et Troem de Ganymede pugnantes et Iovem eos ita conciliantem, ut Ganymedem in Olympum [3] assumeret [4]. Quæ quum invenisset, pro vero ac certo descriptores regionum rerumque gestarum habebant, qui illam Tantali et Trois controversiam veram fuisse crederent, et patres christiani, qui hac fabula usi invidia priores deos afficere vellent [5]. Neque Diodorus Siculus [6], qui bellum inter Tantalum et Ilum gestum invidia deorum incensum commemorat, Ganymedem raptum causam odii divini fuisse affert.

Tantalum autem caelum sustinuisse *ex confusione nominum* pendet. Nam mihi verisimilius videtur scholiastam [1] cum Atlante Tantalum confudisse [2], quem errorem credibile fit inde effluxisse, quod utrumque nomen ab eodem etymo Græci facile deducere possent et quod uterque rerum caelestium, ut apud *Natalem Comitem* [3] videmus, peritissimus laudaretur, quam eum dedita opera ex his duobus unum fecisse [4] eodem modo atque *Wilamowitzium* [5], virum illum de antiquarum literarum studiis meritissimum. Sed utut ea res est, certe fabulæ eos satis videntur distinguere.

[1] Ita etiam *Welcker*, Rh. Mus. 10, p. 252, *Preller*, Gr. M. 2^2, p. 381. *Stark* autem, Niobe p. 432, putat hæc esse antiqua, in quibus Tantalus cum custodibus horti deorum usum habuerit. Neque video, cur ei assentiamus.

[2] *Preller*, Rh. Mus. 4 (1846), p. 402.

[3] *Preller*, Rh. Mus. 4, p. 403.

[4] *Stark*, Niobe pp. 429 sqq., priscum illum Tantalum divinum nectare fruentem cum Ganymede puero diis nectar propinante coniungit. *Voelcker*, Myth. des Iap. Gesch. p. 356, autem Tantalum putat propinquæ suæ cum Iove necessitati debere, quod Ganymedis raptor habitus sit.

[5] Cfr p. 47.

[6] Bibl. Hist. 4: 74 (v. p. 8).

Quod ad gentem familiamque herois attinet, *stemma eius posteriore tempore* fictum atque omnino inventum videtur [6]. Non modo plures patres [7] sed non minus octo coniuges [8] habuisse dicitur, in quarum nominibus notio quædam famæ ac claritatis latere videtur haud secus quam in nomine matris, quod opulenti quiddam significare apparet. Præterea eodem nomine aut uxor filiaque [9] aut uxor materque [10] vocantur. Pelops autem ab Aeolum in Asia et in Lesbo principibus filius Tantali factus est, quum ii inde a rege regum Agamemnone originem gentis ducere gestientes

[1] Ad Eur. Or. 982 (v. p. 54).

[2] *Thræmer*, Pergamos p. 408.

[3] Mythol. 4: 7 [Rerum caelestium primus inventor fuit apud Aegyptios (Atlas)]; 6: 18 [Fuit (Tantalus) rerum caelestium cognitionis inventor].

[4] *Voelcker*, Myth. des Iap. Geschl., Giessen 1824, p. 64, *Stark*, Niobe p. 428, *Mayer*, Gig. und Tit. p. 88, putantes hæc e vetustissima fabula sumpta esse, argumenta, quæ persuadere possint, nulla afferunt.

[5] Euripides' Herakles 2^2, Berlin 1895, p. 96.

[6] *Thræmer*, Pergamos p. 93.

[7] *Natalis Comes*, Myth. 6: 18: "Tantalum Iovis et Plutus filium quidam dixerunt, alii Plotæ (!) nymphæ, alii Aethonis(!), non ea quidem de causa, sicuti putarunt quidam, quia plures fuerint Tantali, sed quia alii alia ratione fabulam eandem interpretantur, quum omnes tamen ad unum atque eundem finem tendant".

[8] De coniugibus cfr *Thræmerum*, Pergamos p. 18, qui tamen quattuor tantum cognitas habet. *Stark* autem, Niobe p. 433, primariam uxorem Dionen fuisse credit.

[9] Niobe.

[10] Pluto.

maioribus illius ibi civitate donatis[1] propriam quandam atque sibi aptissimam tabulam maiorum confingerent[2]. Nec magis Niobe ad fabulam Tantali proprie pertinuisse videtur[3]. Atque ex ceterorum nominibus alia[4] ut urbes denominarent efficta, alia[5] a tota fabula plane aliena[6] sunt.

* * *

Restat, ut, *quibus modis* viri docti poetæque *fabulam interpretati sint,* iam exponamus. Quorum vel plurimi persuasum habuerunt hac fabula avaritiam significari[7]. Quæ opinio iam *Platonis* temporibus maxime valuisse videtur. Ille enim non timens, ne quid spectaret manifestum non esset, Prodicum, sophistam avarum, Tantalum nominavit[8]. Præterea hanc interpretationem[9] servatam apud hos invenimus:

Horatius, Sat. 1: 1, 68 (v. p. 66).

Ovidius, Amor. 3: 7, 48 (v. p. 33).

---

[1] *E. Meyer,* Gesch. des Alt. 2, p. 237.

[2] *Creuzer* teste Gruppio, Griech. Culte und Mythen zu Or. Rel. 1, p. 36, ex eo, quod humerus Pelopis ornandi causa sæpe eburneus appellatur, ortam esse totam de Tantali malis facinoribus fabellam existimat.

[3] *Thræmer,* Pergamos p. 95.

[4] Velut Elius.

[5] Velut Dascylus.

[6] *Mayer,* Gig. und Tit. p. 89, ostendere conatur Tantalum patrem Cyclopis fuisse, quod titanes eiusmodi monstra et gigantes progenuissent. Quem non magis apud auctores titanem appellatum esse quam gigantem vere fuisse constat (cfr p. 41). Nam si concedere necesse est bene, p. 248, inventum esse Tantalum, quod a Tmolo gigante natus esset, eo ipso titanem gigantemve factum esse, tamen censemus ita nihil momenti adduci. *Stark* autem, Niobe p. 428, propter filium Cyclopem ostendere vult divinam in tonitribus fulminibusque et imbribus vim fuisse Tantalum.

[7] *Otto,* Sprichwörter der Römer, Lpz. 1890, p. 340.

[8] Protagor. 315 c: καὶ μὲν δὴ καὶ Τάνταλόν γε εἰσεῖδον. ἐπεδήμει γὰρ ἄρα Πρόδικος ὁ Κεῖος. Cfr tamen p. 116.

[9] Cfr *Dieterichium,* Nekyia, p. 170.

Phædrus, Fab. Aesop. append. 5: 7 Mueller:

> Quod stans in amne Tantalus medio sitit,
> avari describuntur, quos circumfluit
> usus bonorum sed nil possunt tangere.

Petronius Arbiter, Sat. 82: 13 (v. p. 69).

Acron in Hor. Sat. 1: 1, 68: Avaros ait poena urgeri, quam Tantalo fabulæ adscripserunt. . . . Vult autem hoc dicere, quod similis est Tantalo, qui habet pecuniam et non utitur, quia, quemadmodum Tantalus non potest uti præsentibus, ita neque avarus; sed ille a Furiis, iste sua voluntate prohibetur.

Porphyrion in Hor. Sat. 1: 1, 68: Poena, quam fabulæ Tantalo adscripserunt, avaros urgeri ait', quia, ut ille inter aquas sitiat, sic hi abstinentes a pecunia, quam possident, egentibus similes sint.

Lucianus, Tim. 18 (v. p. 70).

Eusebius Pamph., de vita Constantini 1: 55, p. 436: πάντα πληρώσας χρυσοῦ καὶ ἀργύρου χρημάτων τ' ἀπείρων πλήθει στένων ἀπωδύρετο (Licinius) πτωχείαν, Ταντλείῳ πάθει τὴν ψυχὴν τρυχόμενος.

Macrobius, comment. in Somn. Scip. 1: 10, 13: Illos aiunt epulis ante ora positis excruciari fame et inedia tabescere, quos magis magisque adquirendi desiderium cogit præsentem copiam non videre et in affluentia inopes egestatis mala in ubertate patiuntur nescientes parta respicere, dum egent habendis.

Mythographus Vat. 2: 102 (v. p. 10).

Anonymus in Verg. Aen. 6: 603 (v. p. 10).

Mythographus Vat. 3: 6, 21 (v. p. 10).

Boccatius, Geneal. deorum 12: 1 (v. p. 75).

Natalis Comes, Mythol. 6: 18: alii tamen ut avaros ad liberalitatem revocandos hanc fabulam detorquent.

Insatiabilis autem ieiunii specimen eum dicunt *Welcker*[1]

---

[1] Gr. Götterlehre 1, Göttingen 1857, p. 818.

et post eum *Hentze*[1], φιλήδονον vocant *Athenæus*[2], *Maximus Tyrius*[3].

Ceterum longe latius fabulam patuisse credunt *Philo Iudæus*[4] et *Olympiodorus*[5], quorum patrocinium nostra ætate suscepit *v. Wilamowitz*[6], a Tantalo exemplum cupidinis in sempiternum insatiabilis petentes.

Aliud autem hominum vitium hac fabula exprimi docet *Dio Chrysostomus*, pigritiam Tantalo obiiciens[7].

Quorum omnium opiniones refutantes *Kammer*[8], *Rohde*[9] ostendunt Tantalum antiquæ ætatis hominibus non exemplum specimenque fuisse sed certum hominem, qui ob commissa scelera esset punitus.

Prava autem eorum opinio est, qui putant antiqua fabula exponi, quam firmo societatis vinculo culpa et poena coniunctæ sint. Quibus adstipulatus *Bergk*[10] in summas difficultates se irretivit affirmans Tantalum apud inferos in medio caelorum lacu stetisse, quasi Eridanus flumen et per caelum et per Tartara flueret, id quod nemo adhuc probavit[11].

---

1 Anhang zu Homers Odyss. 2^2, p. 113.

2 Dipnosoph. 7: 281 b.

3 Dissert. 4: 4 = 1: 54 Reiske: καὶ τὸ τοῦ Ταντάλου αἴνιγμα τοῦτο ἦν ἄρα, δίψα διηνεκὴς ἀνδρὸς φιληδόνου καὶ ἡδονῆς νάματα προσιόντα καὶ ἀπιόντα αὖθις καὶ παλίῤῥοια ἐπιθυμιῶν καὶ λῦπαι πικραὶ ταύταις ἀνακεκραμέναι καὶ ταραχαὶ καὶ φόβοι. φοβερὸν μὲν γὰρ παροῦσα ἡδονὴ μὴ ἀπέλθῃ, ἀνιαρὸν δὲ μὴ παροῦσα μὴ οὐκ ἔλθῃ. ὥστε ἀνάγκη τὸν διώκοντα ἡδονὴν λυπούμενον μὲν μὴ παύσασθαι, ἡδόμενον δὲ μὴ αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ συγκεχυμένον ζῆν ἐν ἀσαφείᾳ πολλῇ.

4 Rer. divin. hær. p. 518 (v. p. 67), de decal. p. 765 (v. p. 67).

5 Schol. in Plat. Gorg. p. 204 = Jahn, N. Jahrbb. f. Phil. Supplem.-Band 14 (1848) p. 544: τὸν δὲ Τάνταλον εἶδεν ἐν λίμναις. καὶ ὅτι ἐν δένδροις ἦσαν ὀπῶραι, τοῦτο δὲ σημαίνει τὴν καταφαντασίαν ζωήν. αὕτη δὲ σημαίνει τὸ ὀλισθηρὸν καὶ δίυγρον καὶ θᾶττον ἀποπαυόμενον.

6 Homer. Unters. pp. 202, 204.

7 Or. 64: 594 (v. p. 70).

8 Einheit der Odyss. p. 529.

9 Psyche p. 58.

10 Opuscula Philologica ed. Peppmüller 2, Halle 1886, p. 718.

11 Quo modo Eridanus flumen Tartarorum fieret, ostenderunt *Dieterich*, Nekyia p. 27, *Maass*, Orpheus p. 262.

Mire autem *Goerres*[1] fabulam sic explicavit: "Tantalos erscheint als Herrscher der ausserweltlichen Wasser und aller von ihnen geborgenen Lebenskeime."

Neque minus refutandus est *Tzetzes*[2], totam fabulam, quam credit παιδευτικῷ τῷ τρόπῳ[3] esse excogitatam, suo modo interpretans: homines, quum Tantalus, qui et sacerdos et physicarum rerum peritus esset, non initiatis mysteria evulgasset[4], confinxisse eum, postquam legum negligens[5] aut

---

1 Berl. Stud. f. class. Phil. 10: 2, p. 112.

2 Etiam *Eustathius*, p. 1700: 52 (v. p. 35) hanc fabulam explicare conatur.

3 Chil. 5: 484.

4 Chil. 5: 457 sqq.:

τὰ δέ γε τῆς κολάσεως μάνθανε τοῦ Ταντάλου.
ἀρχιερεὺς ὁ Τάνταλος καὶ φυσικὸς ἦν ἅμα,
καὶ τῆς ἱερωσύνης μὲν τῆς τῶν θεῶν ἀπέστη,
ἀνθ' ὧνπερ τὰ μυστήρια εἶπε τοῖς ἀμυήτοις,
τὸν ἥλιον δ' οὐ κρύσταλλον, οὐ πῦρ, ἀλλ' οὐδὲ μύδρον.
τάχα δὲ λίθον ἔλεγε, πλὴν ἀμφιβόλῳ δόξῃ.
ὅθεν οἱ μῦθοι λέγουσιν, ὡς Τάνταλος τὸ πρώην
θεῶν τελῶν συνδίαιτος καὶ κοινωνὸς τραπέζης
τὴν ἀμβροσίαν νέκταρ τε παρὰ θεῶν ἔκλεπτεν,
διδοὺς βροτοῖς ἥλικεσσιν, ὁ Πίνδαρος ὡς γράφει,
ἐξέστη ταύτης τῆς τιμῆς καὶ τῆς κοινῆς τραπέζης.
ἦλθε δ' εἰς τὸ ταχύποτμον ἔθνος τὸ τῶν ἀνέρων.
ἄλλοι δὲ δι' ἀκόλαστον ἐκπεπτωκέναι γλῶσσαν
τὸν Τάνταλον μυθεύονται, καθάπερ Εὐριπίδης.
ὅτι τὰ κρύφια θεῶν ἐξέφερεν ἀνθρώποις.
ἓν ταῦτα δὲ τυγχάνουσι, νέκταρ καὶ ἀμβροσία
καὶ λόγοι κρύφιοι θεῶν λεγόμενοι ἀνθρώποις.
δι' ἅπερ καὶ ἐκπέπτωκε θεῶν τῆς ὁμιλίας.
τὸ τὰ μυστήρια εἰπεῖν, ὡς ἔφην, ἀμυήτοις,
καθαιρεθέντα τε ἀρχῆς τῆς ἀρχιερωσύνης,
τοιοῖσδε συνεπλάσαντο οἱ παλαιοὶ τοῖς μύθοις.
τὸ δὲ φυσιολόγημα τὸ περὶ τοῦ ἡλίου,
τὸ λίθον τοῦτον οἴεσθαι διστακτικῷ τῷ τρόπῳ,
ἔφασαν, ὡς τιμώρημα Ταντάλου πεφυκέναι,
ἐκβεβλημένου μὲν θεῶν, ἀέρι δ' ἀρτηθέντος,
καὶ λίθον ἄνω κεφαλῆς κρεμάμενον σκοποῦντος.

---

5 Chil. 5: 486.

nectar ambrosiamque mortalibus communicavisset aut aliud scelus commisisset [1], non solum in aëre, dum viveret, saxum capiti impendens timuisse [2] sed etiam, postquam mortem obiisset, fame sitique esse confectum [3], quum cibum et potum videret neque iis frui posset. Fabulam autem de filio mactato ex eo ortam esse, quod Pelops, qui in morbum

---

τοῦτο μὲν τὸ τιμώρημα ζῶντός φασι Ταντάλου.
παιδευτικῷ τῷ τρόπῳ δὲ τοὺς ζῶντας ἐκπτοοῦντες.
πράττειν μηδὲν τῶν ἀπρεπῶν καὶ παρανόμων βίῳ,
ἔπλασαν, ὡς ὁ Τάνταλος καταφρονῶν τῶν νόμων
ἐνταῦθα μὲν τετύχηκε τοιαύτης τιμωρίας.
θανὼν δ' ἄλλας ἐφεύρηκε βαρείας τὰς κολάσεις.
διψῇ γὰρ οὗτος καὶ πεινᾷ δίψαν καὶ πεῖναν οἵαν·
μέσῳ γὰρ λίμνης ἵσταται χείλεσι προσκλυζούσης,
καὶ μηλεῶν τε καὶ ῥοιῶν, ἀπίων, ἄλλων δένδρων,
βριθόντων πάντων τοῦ καρποῦ. ἂν οὖν πιεῖν θελήσῃ,
εὐθὺς ἅπαν ξηραίνεται τὸ ἔδαφος ἐκεῖνο.
ἂν δὲ πεινῶν ἐκ μηλεῶν ἢ καὶ ῥοιῶν τι θέλῃ,
τάσδ' ἄνεμος ῥίπτασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα.
ἔχεις τὰ τῶν κολάσεων ἄμφω τῶν τοῦ Ταντάλου,
τῶν ὧνπερ ζῶν τε πέπονθε, αἳ καὶ ἀλληγοροῦνται,
καὶ τῶν παρ' Ἅιδῃ καὶ ψευδῶν, πλὴν λυσιτελεστάτων,
ὡς τοὺς κακοὺς ἐκπτοουσῶν, ὥστε μὴ βλάπτειν βίῳ.

In Lycophr. v. 152: Τάνταλος καλέσας τοὺς θεοὺς εἰς εὐωχίαν παρέθηκε τὸν υἱὸν αὐτοῦ Πέλοπα θύσας, ἵνα φάγωσι, τὸ φιλόξενον αὐτοῦ ἐνδεικνύμενος. . . . . . ἀλλὰ τὸ μὲν μυθῶδες τοῦ λόγου τοιοῦτον. τὸ δ' ἀληθὲς οὕτως ἡμεῖς ἐπιλύομεν· ὁ Τάνταλος εὐσεβὴς καὶ θεοσέπτωρ ἦν ἱερεύς, καὶ φιλανθρωπίᾳ τὰ τῶν θεῶν μυστήρια τοῖς ἀμυήτοις ὕστερον εἰπὼν ἐξεβλήθη τοῦ ἱεροῦ καταλόγου. τούτου τὸν παῖδα Πέλοπα κατὰ παντὸς τοῦ σώματος νοσήσαντα παρέσεσι (editt.; παρεσι codd.) καὶ τομαῖς καὶ καυτῆρσι καὶ ἰατρῶν χειρουργήμασι παντοίοις τμηθέντα καὶ μόλις ὑγιῆ γεγονότα, ὡς καὶ λείψανον τῶν καυτήρων ἔχειν, καὶ τῶν τομῶν τὴν ὠμοπλάτην ἡμίτμητον καὶ πολιὰν καὶ ὑπολευκαίνουσαν διὰ τὴν τῆς σαρκὸς ἀσθένειαν ἔφασαν, ὡς ὁ πατὴρ τοῖς θεοῖς ἐπιξενωθεῖσι τοῦτον κατέτεμεν ἤτοι τῆς εἱμαρμένης τοιαύτης νοσώδους ἐλθούσης αὐτῷ — θεὸς γὰρ καὶ ἡ εἱμαρμένη — κατέτεμεν αὐτὸν ὁ πατὴρ ταῖς τῶν ἰατρῶν τομαῖς, εἶτα καὶ τοῖς καυτῆρσιν, οἷς καὶ ἰάθη.

[1] Chil. 5: 461 sqq.

[2] Chil. 5: 480 sqq.

[3] Chil. 5: 488 sqq.

quendam incidisset, a medicis sectus esset [1]. Cui quam nihil omnes has diversas narrationes coniungenti successerit quamque prave eas interpretatus sit, apertum est.

Nec magis probanda eorum sententia est, qui fabulam ad deos divinasque res spectare putant. Inter quos *Krahner* [2] pura diis placere exponi statuit, *alii* autem a Natale Comite [3] laudati crediderunt significari per hanc fabulam profanis et impuris hominibus sacra arcana non esse detegenda. Ipse autem *Comes* [4] sibi persuaserat spectare fabulam ad perpetuas calamitates, quæ ferendæ essent hominibus bonis, sapientibus rebusque divinis intentis. Nam filios quoque esse relinquendos, ut divina sectaremur.

Sed tamen hæc omnia ab antiquissima fabulæ specie plane abhorrent. Neque quidquam nisi inventa hominum recentiorum continent, qui in veterem de hominum infirmitate deorumque potentia [5] fabulam suas opiniones inculcare veriti non sunt. Equidem haud scio an *orta* sit tota illa de Tantalo *fabula ex formidine hominum, quum viderent, quanta in fragilem mortalium fortunam potestate uteretur natura perturbata, eamque ad deos offensos et iratos referrent.*

---

[1] In Lycophr. v. 152.

[2] Pelops p. 286.

[3] Mythol. 6: 18.

[4] Mythol. 6: 18.

[5] Nimis astricte *Preller*, Gr. Mythol. 2^2, p. 381: "es ist Vermessenheit und Unvermögen der menschlichen Natur mit den Göttern auf vertrautem Fuss zu leben, welches im Tantalos geschildert wird".

——x——

Addenda.

Diligentius inspicienti mihi Plat. Prot. 315 c satius videtur opinione illa relicta, quam p. 110 tuitus sum secutus *Heindorfium, Stallbaumium* (v. Plat. Oper. rec. Stallbaum², vol. 2, sect. 2, Gothæ 1840, p. 61), qui Prodici quandam avaritiam notari suspicantur, sententiam *Welckeri, Sauppii* (v. Plat. Ausgew. Dial., Prot.³, erkl. von Sauppe, Berl. 1873, p. 45) recipere, qui ad infirmam Prodici valetudinem his verbis alludi censent.

Index rerum et auctorum.

Index locorum Græcorum.

Index locorum latinorum.